Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0001-2

BD 8h.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0002-8

COMMENTARII EXPLICATIONUM in reliquos quatuor M. T. Ciceronis Tusculanarum Quæstionum libros,

Ad præstantissimum uirum DANIELVM STIBARVM Canonicum Vuircepurgensem,

IOACHIMO CAMERARIO Pabergense autore.

Adiectus est quoq; rerum & uerborum in hisce memorabilium locupletissimus Index.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo ad quinquennium.

BASILEAE,
apud Ioannem Oporinum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0004-9

COMMENTARII EXPLI-
CATIONVM IN RELIQVOS QVATVOR
Tuſculanarũ quæſt. libros IOACHIMI CA-
MERARII Pabergenſis ad clariſs.
& uirtute ac dignitate præ-
ſtantiſs. uirum
DANIELVM STIBARVM Canoni-
cum Vuircepurgenſem.

QVOD *tibi, Stibare, noſtrorum ſtudiorum opellas libenter & aſſiduò, mitto atq; dedico, non ſolum moueor incredibili amore erga me tuo, & ſumma conſtantia beneuolentiæ, qua me quondam puer adoleſcentem affectu admirabili complexus fuiſti, ſed etiam, ac profectò multo magis, iudicio animi tui, & firmitate ſententiæ, de opt. literarũ atq; artium uſu ac cultu, quas tu non modo intelligis dignitati atq; ornamento eſſe, ſed planè ſaluti futuram ſentis conſeruationem harum Reipublicæ, & amiſſionem perniciosam. Atq; hæc perſuaſionis immutabilitas, eo in te eſt cùm ſuſpicienda tum laudanda uehemẽtius, quo minus multorũ aſſenſione ſtabiliri, & uerò plurimorum aduer-*

ſatione premi oppugnariq; cernitur: ut te inter tuos his temporibus pœnè ſolum, id eſt cum uno aut fortaſsis altero, ueritatem non amittere, ſed contra & hominum improbitatem & ſæculi infelicitatem retinere atq; tueri, dicere auſim. Quæ quidem ut uideo, laus inuidioſa eſſe non poterit, quippe quam nemo magnopere appetat, refugiantq; potius propemodum uniuerſi. Ac fuere ſanè reperti nonnulli ordinis ueſtri, cuius hæc debebat eſſe cura propria, ut enatas quaſi ſtirpes eruditionis & doctrinæ melioris, ſuo labore foueret & coleret. In hoc igitur aliqui fuere, qui neq; alienos ſe uideri ab humanitate ſtudiorum uellent, & horum famam atq; nomen concupiſcerent. At que hi bonorum uirorum maximam & propè niniam uenerationem inuenerunt, multo etiam ut pluris fierent exiſtimatione illorum quàm mererentur, qui uel ſpe ſucceſſus errabant libẽter, uel etiã arbitrabantur maxima putanda eſſe, quæ mediocria erant, in illo ſplendore & luce quadam fortunæ, qua ueſter ordo conſpicitur atq; eminet. Sed, Deum immortalem, quæ quàm celeriter cõuerſio atq; mutatio accidit? Quàm cito ſpes præclara repreſſa, & opinio labefactata fuit? Nam

cum

cum in ipſo articulo iam noſtra ſtudia tenerẽtur,
& φιλοῦμεν ἢ ἀφιλεῖς, non dignitatẽ, ſed planè
ſalutem ſuam, ab alijs hæc deſerta & omni ope
deſtituta, ab alijs turpiſſime prodita fuere. Itaq;
iacent nunc & cõculcantur barbariæ & furoris
pedibus, et uix adhuc uocem illam exilem & defi-
cientem emittere poſſunt, ut raris morientia uoct
bus hiſcant, quibus uel Deum & homines teſtes fa
ciant indigniſſimi interitus, uel crudelitatem ho-
ſtium execrentur, uel etiam meminerint fruſtra ſu
ſcepti laboris, quo à paucis ad extremũ uſq; adiu
ta protectaq; fuerint. Quod ſi quis fortè quærit,
quid tantopere his nocuiſſe credendum, ut cum ma
xime defendenda eſſent, tum fœdiſſime deſererem
tur? illi cauſſam huius mali afferre nullam poſſu-
mus, niſi bonitatem et ſimplicitatem horum, quam
neq; hominum ſuperbia atq; faſtus, neque ſæculi
prauitas & immanitas ſuſtinere poſſet. Atque
uidentur quidam tam mali & improbi, & ita ſiue
natura ſeu uoluntate praui, ut quamuis odiũ erga
ſapientiam & doctrinam aliquantiſper occultaſ
ſent, poſtea tamen illud incitarint in neq; ſatis per
ſpectarũ, & repugnantium conſilijs ipſorum, &
reprehendentium quoq; uitam, rerum laude &

bonitate ſua præſtantium. Nonnulli uerò, cum hæc ſtudia neq; odiſſent, neq; aſpernarẽtur, curã tamen eorum & reſpectum depoſuerunt, quod opulentiæ et honoribus parandis minus illa idonea eſſe animaduertiſſent. Quare cum & animo ſuo obſequi, ac ſpei inſeruire, et hæc colere atq; amare ſimul nequirẽt, Φιλοτιμίᾳ μὲν ἐνεχόμενοι, πλούτῳ δὲ κωλυόμενοι, ſecundũ tragœdiã, hanc uiã ſplendoris & excellentiæ tritã et frequentem ingreſſi, reliquerũt illam minus uulgo celebrẽ ſapientiæ atq; doctrinæ. Video, Stibare, in quam anguſtiã adducatur oratio. geſtit enim animus omnia uerbis eloqui, et liberam hanc querelam offerre: ſed cohercetur quaſi frenis quibuſdam moderationis, cuius nonnullã ſumus in noſtra uita laudem cõſecuti. De his tamen facile poterit intelligi dolor iuſtiſſimus noſter, ut nihil addamus amplius. Genera enim deſignata ſunt hoſtium proditorumq; doctrinæ & literarum, nomina aũt cui iam nõ occurrunt? Iam enim de ijs loquimur, qui cum uirtutis ipſius formam cõſpicere & iter ingredi cœpiſſent, maluerunt repulſi opinione quadam cõmoditatum ſuarum, cum barbaria & ferocia ſæculi noſtri ſe coniungere, in ſpe opum & excellentiæ, quàm per nonnullas

diffi-

difficultates, &, dicam enim, pericula, ueritatis partes defendere atq; sequi. Quos si aliquando forte pœnitebit leuitatis suæ, non fuerit mirandũ. Nam ut ait Ouidius,

Hic solet euentus facta nefanda sequi.

Sed ad te reuertor, Stibare, quem retinentem constantissimè cùm ueri rectiq; maximũ amorem, tum uoluntatem erga opt. artes atq; disciplinas eximiã, neq; curantem quid de hoc alij uel sentiant uel loquantur, propter singularem in diuino proposito perseuerantiam & nunc amant atq; magni faciunt boni, & posteritas admirabitur ac suspiciet. Quod cum ita se habeat, illos uel desertores, uel proditores, uel saltem neglectores cognitæ pulcritudinis & bonitatis artium nostrarum, atque ipsius planè ueritatis, qui excæcati cupiditatibus, clarissimæ luci obscurissimas tenebras anteponunt, & malunt per errores in quadam falsa opulentiæ ac gloriæ, uitæq; in primis suauis, opinione uersari ac insistere, quàm ad solidam laudẽ, ad copias, ad iucunditatem uirtutis & humanitatis contendere: hos igitur necesse est, & in hac ætate peruersitatis cuiusdam nomine à nonnullis uituperari, & posteritati odio futuros esse, ut felicitatis

licitatis oblatæ ſæculo ſuo, aut repudiatores, aut cuerſores. Sed de his, & uerò ſtudijs noſtris fiat, quemadmodũ Græci aiunt, ὁ πὰρ τῷ θεῷ φίλος. Vt autem in te unde cœpi deſinam, cum tu aliquando oſtendiſſes nobis, requirere te pleraq; in primis ea quæ de Græcis Cicero tranſtuliſſet, in reliquis libris Tuſculanarum quæſtionum, petijſſesq;, ut, niſi moleſtum eſſet, illis longioribus diſputationibus de primo libro habitis, horum uel breuiſſimas explicationes adijcerẽ: in eo tibi libenter ſum obſecutus, non modò tibi ut gratificarer, ſed ipſe etiam, qui multum operæ in his libris legendis poſuiſſem, in hoc tamen enarrandi ſtudio, intentioribus (ut dicitur) oculis omnia cõtemplans, fructum perciperem uberiorem. Sic enim ſtatuo, ab his & intelligentiam animi & facultatem orationis inſtrui, augeri, locupletariq; ita poſſe, ut uix ab alijs ſcriptis Ciceronianis, præter fortaſſe libros de Officijs, magis, ab quorumlibet autem aliorum nullis æquè poſſe uideantur. Habes igitur Commentationem & hanc noſtram, de ijs locis qui ab explicatore potiſſimum notandi animaduertendiq; uiſi ſunt. Prolixitatem autem ſtudioſe uitauimus, tantum abeſt ut aucupati ſimus: id

quod

quod facile intelliges, & ea loca quæ aliunde assumere in promtu esset, studio & inquisitioni legentium reliquimus. In quibus si id consecuti sumus, ut satisfaceremus uoluntati & expectationi tuæ, operam nostram præclare positam esse arbitrabimur. Quod si accesserit fortè hoc quoq; , ut studiosis bonarum literarum atq; artium & ipsis fructum aliquem afferant labores nostri , & hæc occasio gratificandi tibi utilitatem ac cõmoda quædam illorum complectatur, nihil est quod desideraturus amplius, aut cur nõ successum hunc prosperrimum sim existimaturus. Sed nunc, satis enim uerbose, quasi in delectatione colloquij cuiusdam nostri aberrantes, præfati hæc sumus, ad rem tandem accedamus.

RERVM ET VERBORVM
IN HISCE IOACH. CAMERARII Annotationibus memorabilium
INDEX.

A

ἀλάβεια. 27
ἀνανοι. 24
Academia noua & uetus. 50.51
Academici. 51
ἀνεχεσια. 74
Accij Philocteti. 6
Accij Prometheus. 9
Accipenseris precium Romæ. 36
ἄχθος. 55
Acerualis, sorites. 62
ἀναχάγας, ἀναχαγαντῖνος. 78
ἀνρατῆς. 77
ἀνρόχολος. 36
Actum habere, prouerb. 38
Acuti. 59
Ad necem. 13
Addicti, addicere. 3
ἀδιάφορα. 11
ἀδιάφορον. 60
ἀιδὼς 53
Aetas. 32
ἀείφυλλα. 74
Aegrotare. 56
Aegritudo. 30.54.55
Aegritudo quatenus malum. 34
Aegritudo opinionis malum. 33
Aegritudinem cũ tẽperantia non consistere. 27
Aegritudinẽ dies adimit, prouerb. 35.
Aegritudines. 30
Aegrius. 66
Aegrotatio. 56
Aerope. 31
Aerumna. 55
Aeschinis locus. 40. (45
αἰσχρὰ. 18
Aeschylus Pythagoriæ philosophiæ studiosus. 9
Aeschyli laus 43
Aeschyli tabellæ à Dionysio conquisitæ. 78
Aeschyli tragœdiarũ interitus. 9
αἰσχύνη. 55
Aesculapius Apollinis. F. 20 (15
Aesopus tragœdus.
Aetatum diuisio. 70
Affectionum animi & corporis ad se mutuo relatio 56
ἀγάπησις. 53
ἀγελαῖα. 75
ἀγέλαστος M. Crassus. 34
Agis. 13
ἄγρια. 75
ἄγρια φυτὰ. 74
Agrigentũ, Agrigentinus. 78
ἀγωνία. 55
Aiacis furor 64
Alcibiades Platonis, an Xenophõtis scriptum. 23
Alcmæonis furore liberati historia. 25
Alba et atra, prouerb. 89
ἀλγηδὼν. 14
ἄλγος. ibid.
Aliquid differre. 13
ἄλογα. 59
Alopecus. 13
Amantes. 58
Amasini⁹, Amasonius. 51
Amatores. 58
Ambigui causa, eiusque genera. 45
Ambitio præstantib. naturis maximè infesta. 21
Ambulatio. 51
ἀμετρία. 56
Amor. 55
Amphicles. 13
Amphistenes. 13

Anacharsidis epistola. 82.83
ἀναίσθητοι. 25
Anaitis Diana. 13
ἀνακολόθως. 82
ἀναλογία. 61
ἀνανδῆ 74
Anapæsti modi. 14
Anapęsticum Messeniacum, & ἐμβατήριον 15
ἀναπόβλητος 12
Anatomicas tractationes splendore expositionis carere. 46
Anaxagoras cognomento Physicus. 72
ἀγχίνοι. 59
Androgei interitus ἄνυγροι. 59 (64
ἀνίαι. 55
Animę diuisio in partes. 52
Animi affectiones ad affect. corporis relatæ 56
Animi commotiones ad uirtutem utiles et necessarię 29
Animi compos. 65
Animi medicina oratio 22
Animum relucere in uultu. 34
Animorum & uoluntatum diuersitas ac dissimilitudo. 5
ἀνθητικὰ. 74
Antiochus philosophus. 4
Antiphon à Dionysio cur necatus. 78
ἀντιῤῥήσεις. 2
ἀοργησία. 60.62.63
ἄπτεροι 24
ἀφροσύνη. 25
ἀφυεῖς. 59
ἀπόβλητα. 12
Apollinis artes. 20
Apricari. 83.84
Apriculus 36
ἀπρονόητα. 11
Aptum. 75
Aqua subtercutẽ incurabilis morb. 68
Aquæ ferendæ mos. 87
Aquilaus 32
L. Aquilius sapiens. 49
Aquinius. 78
Arbiter honorarius. 91
Arbor. 74
Arcesilaus philosophus. 51
Archelaus cognomẽto Physicus 72
Archimedes Geometria. 78
Architæ iracundiæ moderatio. 65
Arethyrea. 71
Argumenta. 49
Arionis fabula. 18
Aristippus Cyrenaicus. 34
Aristo philosophus. 6
Aristomache. 85
Aristomache Syracusana. 32
Aristotelici. 51
Aromatica. 37
Arriani locus. 28.29
ἀῤῥώστημα. 56
Ars. 4
Artes humanitatis, ingenuæ, liberales, 47
Artaxerxis apophthegma. 84
ἀσθενῆμ. 55
ἀσπασμὸς. 53. 79
in Astra ferre prouer.
Astrabacus. 13
ἀσυμμετρία. 56
Athenæi locus. 18 36.57.58.69.84.85
Athenarum in libertate excellentia. 47
Athenienśium legati Romam missi philosophi. 9.50
Atlas in montem. 71
Atlantis cœliferi fabula. 70
ἀτονία. 59
ἄτονοι. ibid.
ἀτόνους εἶναι. 56
Atrei & Thyestę fabula. 31
Atticismi affectatores 2
Attilius poẽta. 78
M. Attilius, deq; eo historia. 72
Auaritia. 57
Aurei uelleris fabula

quid ſignificatũ. 32
Aut bibe,aut abi. prouerb. 91
ἀυθαδεία. 57
ἄξιωμα,imperfectũ. 57
Baccæ. 75
βαυχοδύφν. 24
Beatus nemo contra uoluntatem. 21
Bellantur. 31
Benefacta. 18
Beſtiæ maiori formidini priſcis temporibus. 64
Beſtiarũ ſpecies. 75
Beſtijs an etiã ratio, aut πάθη inſint. 59
Bilis atra furoris cauſa. 24
Bile non egere. 64
Biõ philoſophus. 40
βόλησις. 53
Boni natura. 89
Bonorum tria genera. 73.
Brachmanes. 79
βραδὺς, βραδύτης. 62
Brauronis ſimulacrum Dianæ quò delatum. 13 (67
Bruti liber de uirtute
C
καπὰ. 18
καπία. 59.61
καλὰ. 18
Caleus. 32
Calippus. 32
Caliꝑpi in Dionem perfidia. 28
Caliſthenis hiſtoria. 28
Callum,& callus. 83
Callus uetuſtatis. 39
Captus. 18
Carmina mala,famoſa,&c. 49
κάρπιμα. 74
κατηγορήματα. 56.57
καταῤῥώδλεις. 58
Catonis laus. 49.50
Cautio. 53
Cetei hiſtoria. 80
Cedri incendendi mos. 37
χαλεπὰ τὰ καλὰ χαρὰ. 45
χρσαῖκ. 75
χλωρὸς. 9
χολᾶν. 24
χολῦς μὴ λᾶδαι πλὼ αὐ ἀρίαν. 64
χρᾶσαὶ. 49
Chryſippus Atrei frater. 31
πήλυσις. 55
Cicero notatus. 24
Cicero quando ſe ad philoſophandum contulerit. 1
Ciceronis locus 17
Ciceronis nimia ornandi amplificandiq; linguam lat. cupiditas. 13.24
Ciceronẽ incogitantius Stoica cum Peripateticis miſcere. 52
Cicures beſtiæ. 75
Cliti hiſtoria. 65
Clitomachus Haſdrubal dictus. 39
in Cœlo eſſe,prouer. 79
Cœlum contingere. prouerb. ibid.
Q. Cœpio,alius à Q. Seruilio Cepione. 72
Confidens. 26
Cõgregatæ beſtiç. 75
Coniectura. 47
Conſecrati. 3
Conſtantiæ exemplũ Socrates. 34
Cõſuetudo altera natura. 15
Contentiones in homine duplices. 16
Contractiones. 54
Contradictiones. 2
Conuenæ. 77
Conuenienter naturæ uiuere. 6.
Conuerſionum præceptum. 23
κόποι. 14
Corinthium æs. 11
κορυβαντιᾶν. 24
κρᾶσις. 26
M. Craſſus ἀγέλαστος. 34
Cretenſium leges, Iouis dictæ. 12
κρίσις ἰσφαλμένη. 58
Cteſibius hydraleos inuentor. 36
Cuicuimodi. 91
Culpa ſolùm prçſtã-

ad

da sapienti. 35
Cupiditas. 30
Cupiditatũ genera. 84
Cursum perperam in stitutũ mutare. prouerb. 4.5
Cynica mendicitas unde nata. 83
κυνὸς σῆμα. 41. κυνόσυρμα.
Cyrenaici philosophi. 34

D

DAmocles. 77
Δαιμονλῆς, Δαμονλῆς
Damon. 77
Darij ætas. 71
Δαγμοὶ. 54
Debacchari. 24
Decus. 4
Δεῖμα. 55
Delectatio. 55
Delphici templi inscriptio, γνῶθι σαυτόν 79
Demẽtiæ distinctio. 23
Democritus an oculis seipsum priuarit, incertum. 89
Democriti dictum 87
Demosthenis lacerna & uigiliæ. 63
Δευλρον. 74
Descriptio. 52. describere. ead.
Desiderium. 55
Desipientiæ propria. 24.
Deuotionis formula. 3
διαχύσεις. 54
διάχυσις. 55
Dialectica Epicureis spreta. 4
διαλογισμὸς. 10
Diana Anaitis. 13
Diana Lygodesma 13
Dianæ Orthiæ sacra. 12.13
Dianæ Tauricę simulacrũ Spartã ab Iphigenia delatũ. 12.13
Dies ægritudinẽ adimit. prouerb. 35
in Diem emptio, in diẽ esse, uiuere, &c. 73
Diodori locus. 80
Diogenis in Alexandrum scomma. 83
Diõ Hipparini F. 85
Dionis opera pulsus regno Dionysius. 32
Dionysius Heracletes. 17
Dionysius tyrannus &c. 76. an Hermocratis F.
Dionysius Tyr. poẽticæ studiosus. 77
Dionysij Tyranni historia. 32
Dionysius carbone capillum amburere solitus. 77
Dionysius cuiusmodi hominib. oblectatus 78
Dionysij tyranni sortitio. 76
Dionysij tyranni uersus. 77.78
Dionysio Spartanus coquus emptus. 84
Διὸς νόμος. 12
Disceptatores si discere ptare.
Discordia. 55
Disputationes cõtentiosæ philosophia indignæ. 3
Δίπτοδα. 75
Diuini appellatio prouerbialis. 47
Diuinitus. 46
Dolor. 55.
Dolor mali expers. 1
Doloris & laboris discrimen. 13.14
Doloris uacuitas pro summo bono habita. 36
Doris locrẽsis. 77.85.
Dionysij tyranni mater. 32
δόξα. 30.54.54
Dumeta. 52
δύσκολα τὰ καλὰ. 45

E

EBriosus. 58
Ebrius. 58
Ebrios in adolescentia conspectum producendi mos. 16
εἶνὸς. 47
ἐκλέγιαθαι. 12
ἐκπλῆξις. 55
τὰ ἐκτὸς. 73
ἐκ τοῦ τυχόντος. 52
ἐκχὼ. 22.

ἑλιᾶς. 55
Eloquentia poſt Cic. interitũ debilitata. 3
ἕλλωψ. 36
ἐμπλαστήριον anapęſticũ
ἐμβρόντητοι. 23 (15
ἐμπαθὴς τρόπος 58
ἐμποδὼν, ἐμποσίν. 89
Eneruati. 59
ἔννοιαι. 24
ἐντατὰ ὄργανα. 49
Enucleare, enucleata.
Enunciatum. 57 (72
ἔνυδρα. 75
ἐπάρσεις. 54
ἐπιχαιρεκακία. 55
Epicuri de uoluptate & aliis ſententia. 38
Epicuri lib. περὶ τέλους.
Epicureorũ diſpu(36 tata futilia. 4
Epigrammatũ Græcorum locus. 18.91
ἐπιστήμη. 53
ἐπιθυμία. 30.54.55
Equeſtris rei inuentio ad Neptunũ referenda. 19
Equis & uelis prouerb. 31
ἐραταὶ. 58
ἔρις. 55
ἐρώμενοι. 58
ἐρῶντες. 58
ἔρως. 55
ἐρωτομανὴς 58
Eruditionis ſimplici-
Eſerninus. 63 (tas. 3
Eſſe apud ſe, etc. 65
Eſt. 33
Etſi. 82
Etymologia. 27
εὐκαταφορίας. 58
εὔνοια. 53
εὐμπλοκὰς. 58
Eueni uerſus contra neceſſitatem. 39
εὐτυχὼ. 36
εὐήθεια. 24
εὐλάβεια. 53
εὐμαθὴς. 59
εὐμένεια. 53
εὐπαιδεῖα 53
εὐπάθεια Stoicorũ. 60
Euphron. 71
εὐφροσύνη. 53
εὐφυὴς. 59
Euricij Cordi apophthegma. 90
Euripides Anaxagoriæ philoſophiæ ſtudioſus. 9
Euripidis locus. 19. 14.34.39.41.44.58 65
Eurotas fluuius. 14
εὐστάθεια 36
εὐθυμία. 53
ἐυτόνους εἶναι. 56
Exanelare, exantlare 8
Exanimatio. 55
ἐξαντλῆν. 8
Excetra. 9
Exeſt. 33
ἐξιστηνάι. 65
Externa quæ 73

F

Fabularum uſus ad aſtrorum diſciplinam. 71
Fatui. 24.25
Fibræ radicum. 26
Fidei etymon. 27
Fidere 26
Fides, fidium cantus publicis epulis adhiberi ſolitus. 49
Finum diſputatio. 5
Fons pro origine. 53
Formæ. 30
Fortis nemo, niſi iracundus. 29
Fortes fortuna, etc. 5
Fortitudinem bile nõ egere. 64
Fortitudinem iracundia iuuari. 62
Frõtẽ perfricare, prouerb. 36
Fructus. 74
Frugalitas, frugalior, frugaliſſimus dici, frugalis non itẽ. 27
Frugalitas quid. 60
Frugum appellatio quib. competat. 74
Frumentaria lex. 38
Frutex. 74
Furere notãtia apud Græcos uerba. 24
Furioſus. 24
Furoris cauſſæ. 24

G

Galeni locus. 33
γαλιὸς. 36
Gaudium. 53
Genæ. 32

Genus.

Genus. 30
Germanorum capula & luxus. 85. latrocinia. 82
Gloria uirtutis comes 22
Glycon philosophꝰ. 44
γνῶθι σαυτόν. 79
Græca interpretandi ratio cuiusmodi Ciceroni placuerit. 56. 57
Græcæ artes 46
Græci incogitantius à Cicerone reprehẽsi. 13. 24
Grauedinosi. 58
γυμνικοὶ ἀγῶνες. 18
Gymnosophistæ. 79

H

αἱρέσεις. 5
Halis sepultus Timõ Misanthropas 57
Hasdrubal Clitomachus. 39
ἑαυτῆς ἁμαρτίαις καὶ ἄγνοιαν. 16
Hebes. 62. hebetes. 59
Hecuba in canẽ mutata. 41
ἀγνεία. 53
κύτους ἑαυτῶν ἕνεκα λαθραγωγήσαι. 65
ἡδονὴ. 54. 14. 30. 56
Hedychrum 37
ἡλιάσαι. 84
ἥμερα φυτὰ. 74. 75
Herba. 74
Heracleti dictum 87. 88.
Herculis in Atlantem fraus. 70
Herculis labores. 64
Hermocratis prudentia 76
Hermodorus ab Ephesijs pulsus. 88
Hermon. 76. 77
Heroum ætas. 70
ἑρπετὰ. 75
Herylus philosophus. 6
Hesperidum poma quomodo ab Hercule ablata. 70
ἕξις. 60
Hippasus Phliasius. 71
ἵππιος & Neptunus. 19
Hippolytus mulierũ osor. 58
Homeri locus. 14. 15. 17. 19. 26. 27. 29. 39. 41. 42. 44. 63. 70.
Homeri tẽpora. (90 69. 70.
ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. 6
Homo sum, etc. 15
Homines è saxis natiHonestum. 4. ti. 25
Honorarius arbiter, honorariũ ius. 91
Horatij locus. 18
ὁσιότης. 84
Hostis pro perduelle. 26
ὑγιαίνειν. 56
Hydra. 9
ὑδραύλεως inuẽtor. 36
ὑδραύλικὴ σιδηρασία. 37
ὑπάτη. 61

I

Iactatio. 55
Immanes bestiæ. 75
Imitatio ueterum autorum. 23
Imperitus sapiente deterior. 20
Imperiti. 24
Imperitiæ malitia. 3
Impotentes. 77
Improbus nemo spõte. 21
Indi anthropophagi 82.
Indicarum mulierũ in mortuos maritos officium. 79. 80
Indigentia. 55
Indolentiæ laudatores notati. 43
Indorum duplices sapientes. 79
Industrij. 13
Iners. 62
Infractio animi infracti. 26
Ingenij laus. 59
Inimicitia. 55
Iniuriam accipere quàm facere, cuius malum. 76

inno-

Innocentia. 27
Insania,insani. 25
Insania moderationi contraria. 23
Insaniam non cadere in sapientem. 25
Insanire qui dicendi
Insinuare. 38 (23
Intemperantia. 56
Intentos esse. 56
Inuidia,in inuidia esse,laborare inuidia 28
Inuidentia 28
Inuideri solum fortunatis 28
Iouis leges 12
Iphiti tempora 70
Ira 58
Iracundia 24.58.60
Iracundia fortitudini necessaria 29.62
Iracundiæ cohercendæ præceptum 16
Irbus 13
Is cum,pleonasmo.33
ἰσχύειν. 56
Isocratis locus. 22.48
Italicæ mensę Platoni reprehensæ 85
Iudicium prauum.58
Iugulum dare 12
Iurgiositas 55
Ius honorarium 91

L

Lacedæmonij. uide Spartani.
Lacænarum uirginũ exercitia 14
Laconicæ syzygiæ 15
Laborare 14.56
Laboris & doloris discrimen 13.14
cum Lacte nutricis 21
Lamentatio 55
in Lampidem Aeginetam scomma 75
Lampon Aegineta 75
Laodicenses 13
Laquei metaphoricῶs 79
Laus 4
Lectisterniaũ sacrorũ 49
Lentitudo 62
Lessum 17
τὸ λευκὸν ἢ μέλαν φάναι prouerb. 89
Libido 54.55
λιχνείας 57
Limnæum 12
Linguæ utriusq; proprietas in conuertendo spectanda 23
Lælij laus 49
Lætitia 30.54
λογιστικὴ animi pars.53
Luctus 55
Ludouicus Brassicanus Iuriscons. 9
Lyceum 50.51
Lyciaici 51
Lycon philosophus
Lycurgus.12 (44
Lycurgi tempora.69. 70
Lycurgi duo 70
Lydarum uirginum scortatio 82
Lygodesma Diana 13
λύπη 30.39.54

M

μαίνεσθαι 24
μανόμενοι ibid.
Magnanimi 24
Male agi cum ijs quorum salus deo commendetur,prouerb. 68
Malefacta 18
Maleuolentia 55
Malitia 59
Malus eadem.
Malorum tria genera 73
Malum quid 54
μανία 24.57
in Manib. habere. 18
Marathonius taurus 64
Mausoleum 43
Q. Maximi patientia 42
Mediocritas 29
Mediocritates 43
Medium syllogisticũ 60.61
μεγαλοψυχοί 24
μειώσεις 54
Melancholia furoris caussa 24
μῆνις 55
μισθὸς 29

Messeniacum

Messeniacum anapę
sticum. 15
μεγαθυμῶς 17
μέθοδος. 4
μέθυσος. 58
μεθύειν. 58
μετριοπαθεία. 43
Metrodori philoso-
phi plures. 6
Metus. 30.54
μὴ εἶναι παρ' ἃ ἐν ἑαυτοῖς
65
μῆδια cur πυκνὰ Ho-
mero. 24
Miltiadis tropheis ex
citat⁹ Themistocles
63
Minæ triginta 83
Minos Iouis δορικτύς.
12
Minotauri historia.
64
μισάνθρωπος. 57
μῖσος. 55
μνήμονες. 59
Mnesarchus. 71
Moderatus. 27
Mæotis palus. 75
Mœror. 55
Molestia. 55
μοναλινὰ. 75
Moratus. 5
Morbus. 23. morbi. 22
26.56
μωροὶ. 25
Morsus. 54
Mos. 82
Mulier, prouerb. 15
Mulierũ Thracicarũ
& Indicarum in ma
ritos defunctos offi-
cium 79.80
Myrtilus. 19
Myson Chenẽsis. 60

N

NAtantes bestiæ. 75
Naturã sequi du-
cem quid. 21
Naualis rei inuentor
Neptunus. 19
Nemeus, et neme ęus
9
Neptunus ἵππιος. 19
Nequam homo. 10
Nequitia. 10
Nestor qualis Home
ro fingatur. 70
νεῦρα. 59
Nihil, nihil esse. 1.11.
agere, dicere eod.
Nihil homines. 1
Nihili minus. 15
Niptrων fabula 16
νήτη. 61
νόμιμα. 82. νόμαια, νό-
μος. ead.
Nonij locus. 16
νοσεῖν. 56
νόσοι, νοσήματα. 52
νωθέα. 62
νωθροὶ. 25
Numa Pythagorę au
ditor. 47
Nunc iam. 33

O

OBlectatio. 55
Occallere. 39
ὄνος. 55
in Oculis esse. 18
Odium. 55
ὄλλυν. 55
ὀνικὸς. 88
Opinio. 30
Opinatio. 54
Opuntius. 71
Oratio animi medici
na. 22
Oratores ad populi
iudicium compara-
re sese. 2
Orchomenus. 32
Orestes Lacedæmo-
niorum rex. 12
ὀργὴ. 24.55.58.
ὀργιλότης. 58.60.62
Oropus Athenien si-
bus directa. 50
Orthia Diana. 12.13
Os perfricuisse, pro-
uerb. 36
ὀλὸν εἶναι. 12

P

PAcidianus. 63
παλινδρομῆσαι μᾶλλον
ἢ ἁπλῶς δραμεῖν. 4
Pamphas poëta. 19
παραπαίειν. 24
παραφρονεῖν 24
παραφροσύνη. 59
Patientiæ partes. 38
30.
Passio. 23
πάθος. 23.30. 53. πάθη
64.56.22.30.46.60
πήθη an in bestijs. 59
πάθημα. 56
παθητικὴ ἕρμαια. 60
Pauor. 55
Pausanię locus. 12.19
50.75
Pelops. 18.31
Peloponnesi nomen
unde

unde 18
ὠδίνω 55
Perculit, perculsus. 16
Perfricare frontem, os, etc. 36
περίβλεπτος 18
Periander philosophus 69
Peripatetici unde dicti 50.51
Persa, perseis 32
Persarum regum luxus 72
Perseus Hercule antiquior 71
Persicus uictus 84
Perturbationes 26
Perturbationes animi non cadere in sapientem 46
Perturbationum genera. 31.53.54. inde
φαυλομηχάνος 14
φανὸς, φανίας 24
Pherecydis ætas 71
φιλήρωτις 58
Philippus rex cuiusmodi hominibus oblectatus 78
Philistus Dionysio assentatus 76
Philo Academicus. 4
φιλοχρηματία 57
Philoctetæ tragœdia 6
φιλογλωσία 57
φιλοινία 57
φιλονεικία 55
Philoponi cognomẽ tum 13
φιλοπόνοι 13
φιλοψία 57
Philosophandũ paucis 1
Philosophiæ laus. 22. 68
Philosophiæ osor populus 2
Philosophiæ partes tres 78.79
Philosophiæ præcepta nihil efficere in animis repugnantibus 4.5
Philosophiæ studia quæ 47
φιλοτιμία 57
Philoxenus in latomias coniectus 77
φιντίας 77
Phlias 71
Phlius. 71. Phliasius, Phliuntius, Phliusius. ead.
φοιβᾶν 54
φόβος 54
φρόνησις 69
φρύγανον 74
φθόνος 54
φθονῶ 28
φόβος 30
Phocus 37
φωλιδωτὰ 75
φυλλοβόλα 74
φυσιογνώμων 66
φυτὸν 74
Pictura, tacita poësis 90
L. Piso frugi appellatus. 27.
Platonicæ cænæ frugalitas. 85
Platonis locus. 10.16. 43.44.47.73.74. 76.85.
Platonis scõma in Italicas & Siculas mẽsas. 85
Planta. 83
Plauti locus. 41
πῶτὰ. 75
Plutarchi locus. 42. 76.83.84.88.89.
πόα. 74
Podagra incurabilis. 68
Poësis, loquens pictura. 90
Poëseos laus 22
Poëtæ cum attentione & cura legendi. 10.
Poëtarum lectio cuiusmodi esse debet. 22.
Poëtas nõ eijci à Platone è Repub. sua. 10.
Poëtica priscis minus in precio. 49
πολλοί. 9
Polycrati tẽpora. 71
πολύποδα. 75
Pompæ sacrorũ. 83
Pompeij mors. 42
πόνος. 13.14
Ponti mater, Mæotis palus. 75

Populus philosophię osor. 2
Populi iudicium ab oratoribus spectari. 2
Portus. 68. prouerb. πόδ@. 55
πραότης. 60
Præcipua. 11
Prædicamentum. 57
Præpositа. 11
Presſius. 54.
Principio primum. 33
Procliuitas 58
Procli libellus contra Stoicam ἀντάρκειαν. 67.
Producta. 11
προηγμένα. 11
Prometheus Accij. 9
Prometheus Caucaſo affixus. 71
Prometheus λυόμεν@ πυρφόρ@, δεσμώτης, Aeſchyli tragœdiæ 9.
Promota. 11
Propertij locus. 80
Proportio 61
Propoſita. 11
Prudentia. 24.69
Prudentiæ propria. 24.
πτυνὰ. 75
πτώσεις. 57
Pueri poſt ſeptenniũ magiſtris tradi ſoliti. 21
uluinaria in ſacris 49
Punctis deſignando rum ſuffragiorum mos. 18
Punitur, puniuntur. 31
πυκνὰ μήδεα, πυκναὶ φρένες, πυκινὴ βουλὴ. 24
Pyrrho philoſophus 6.
Pythagoræ ætas. 71. genus. ead.
Pythagorę in Italiam aduentus. 47
Pythagoræ laudes 48
Pythagoricæ ſectæ exiſtimatio. 47
πυθαγορισταὶ. Pythagoriſta. 48
Pythias. 77

Q

Quamuis, quanquam 82
Quid me uis? 13
Quod ante pedes eſt, prouerb. 89
Quondam olim. 33

R

RAtione ac uia. 4
Receptui canere, prouerb. 35
Regius dominatus 47
Regnum pro dominatione iniuſta. 26
Reiecta 11
Reiectanea 11
Reiiciendum 10
Remis uentisq; prouerb. 31
Remiſſos eſſe 56
Remota 11
ῥιψάσπιδες. 17
Riſu uitã adimi. prouerb. 63
ῥῆματα 26
Romanorum præſtantia 46
Romulus quando natus 70
Roſarum mentio. 79
Reſonantia 22
P. Rutilij repulſa 62

S

SAlinæ 7
Samnites gladiatores 15
Sanguinis color 9
Sanas eſſe 56
Sapiens ſolus beatus Stoicis 12
Sapientis nihil eſſe præſtare, niſi culpam 35
Sapientem etiam in ſomno recte dici 25
Sapientem non inſanire 25
Sapientum Græcia ſeptem nomina diuerſa 68.69
Sapientia λογικὴ 25
Sapientia uulgo inuiſa 20
Sapientiæ apud principes contẽptus. 69
Sapiẽtię definitio. 69

Sarmentum 74
Sardanapali mollicies,& epitaphia.86. 87
Satisdare,accipere,habere,&c. 10
σαρρῶδης 63
σαυθρωπὸς 24
Secundus populus,secundi uenti 3
Seipsum uincere, sibi ipsi imperare,&c. 16
συμαίνειν τὸ ἀναπλητικὸν 35
σπουδαῖα ἀναγκαῖα ἢ ἄλυτα 47.49
Sermocinatio 10
Serpentes 75
Sestertia XII. 83
C.Seruiliꝰ Cepio. 72
Si dis placet 73
Sidera uertice ferire. prouerb. 79
Siduſtius 71
è Silice,aut quercu nati.prouerbium.25.26
Simplices 24
in Sinũ condere.prouerb. 68
in Sinu gaudere.prouerb. 38
Sitis metaphorinῶς 72
σοβᾶν. 24
Socrates Marſias. 44
Socratis ἀντάρκεια. 43 84
Socratis cõſtantia.34
Solicitudo 55
Soliuagę beſtiæ 75
Solum 83
σοφία 53.69
Sophoclis Trachiniæ 6
Sophoclis locus.7. in de 14
σώφρων. 27
σωφρονᾶν. 27
σοφροσύνη. 23.27.60
σωρίτης. 62
σπάνις. 55
Spartanorum ad tibiam & citharam pugnandi mos 14
Spartanorũ puerorũ uerberationes in ſacris. 12.13
Species 30
Speuſippus Platonis ſororis fil. 50
Spolia capere 9
Spinæ 52
Spinæ metaphorcῶs 79
σπυλλᾶσθαι. 13
στάσις 45
Status ibid.
Status corporis 26
στιφανῖται. 18
Stilponis in Theodorum philoſophum ſcomma 90
Stirpiũ ſpecies & differentiæ 74
Stoici reprehenſi 52
Stoicorum de uirtute diſtinctio 12
Stoicorum in etymologijs audacia 39
Stoicorum ſummum bonum 6
Stolidi 23
Stomachus pro ira 64
τροφώδεις. 58
Studia doctrinæ 47
Stultitia 25
Stupidi 23
Sua cuiq; pulchra. 78
Sui ipſius uictoria pulcherrima 16
Sumi 11
σύγχυσις. 55
Syllabas ultimas in carminibus certum tempus non habere
συμμετρία.56 (15
συνῳδία 54
συνήθεια 82
Syracuſanæ menſæ 85
συστολαὶ 54

T

TAbellis obſignatis,prouerb. 73
Talenta quinquaginta 83
Tamen 82
Tame,elocutionis imperfectæ abſq; τῷ προηγουμένῳ.26
Tantalus 31
Tardi.25 (33
Tarquinius Superbꝰ
Tauricæ Dianæ ſimulachrum 13
τιμωρίαι 47.49
Telamon.33. fratricida 37
Temperantia, temperans

rans 27.56
cum Temperantiai non consistere ægritudinem 27
Temporis causa. 51
ex Tẽpore pro tempore:&c.eadem.
Terentij locus.26.34.
τίρψις.530.55 (59
Tethran fluuius 64
τετράπους 75
Tetrum 31
θαμνὸς 74
θαρσεῖν 26
θεῖος, θεῖον 46
Themistocles Milciadis tropheis exercitatus 63
Theodorus atheos 90
θυμητικὸν, animi pars
θυὸς, ἄθυτος.90 (53
θύρετρα 48
Thesei de Marathonio tauro victoria
θύσις. 4.22 (64
Thoas qualis fingatur Homero. 20.70
θόρυβος 55
Thracicarum mulierum in mortuos maritos officiũ. 79.80
θύειν 24
Thiestæ & Atrei fabula 31
θυμηδὶς 60.62
θυμὸς.55.θύμωσις.eadem & 62 (32
Timoleon Corinthius
Timõ μισάνθρωπος.57.
eiusdẽ epitaphiũ.57
Timothei Cononis F.de Platonis cœna τόνος.59 (dictũ.
Torminosi 58
à Troia capta usq; ad urbem cond. quot anni 70
Troica tempora 70
τρόμος 56
Trophæum 9
Turbare 31
Tusculanarum quæstionum appellatio unde 1

V

VAlere 56
Vecordes 25
Vela facere,52.dare, &c.eadem.
Velis et remis,prouerbium 31.52
Ventis dare uela 52
Verbũ uerbo reddendi mos reprehensus
Verecundus.27 (23
Veritas 23
Vestigia 47.49
Via ac ratione 4
Vicinorum fidem implorare.prouerb. 38
Victorius notatus.37
Violarum mentio.79
Virgilij locus.8.19.26
Virtus 4.16
Virtus ad beate uiuẽdum seipsa contenta 66
Virtus ciuilis uitæ finis 66
Virtus simplex & cuiusmodi 12
Virtus Stoicorum finis 6
Virtutis uia ardua.45
Virtutis comes gloria 22
Virtutis pulchritudo
Virtuti quę obstẽt(67
Virtutem exerceri (21 in uita seruili non posse 67
Virtutes quõ inter nimiũ & parũ mediæ 60.61
Viuere in diem,73.de die.eadem
Vitiositas 59
Vitium ibid.
Vlysses qualis fingatur Homero 70
Voluntas 53
Voluntas summum bonũ, qualis habita philosophis,34.36
Volucres 75
Vota faciẽda. prouerbium 67
Vt est captus 18
Vtendũ accipere 36
Vultus animi index 34

X

XEnocratei philoso (phi.51
ξηλος 54
ξηλοτυπία 54
Zeno Stoicæ sectæ au (tor.10
ζώου γονή.75

Z

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0026-1

IN TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LI.

brum ſecundum, Ioachimi Camerarij Explicatio.

E APPELLATIONE antè eſt dictum, oſtenſumq; à loco hanc factam eſſe. Argumentum autem libri, ut ipſe ait Cicero, eſt de tolerando dolore. Vult enim docere, nihil eſſe in dolore mali: neq; non modò extimeſcendum hunc, ſed etiam perpetiendum eſſe fortiter. Orditur à Chria: quam cum deſtruat, tamen admodum artificioſe aßumit, ad fundamentum quoddam & ad commendationem ſcriptorum ſuorum in his libris. Citatur aũt uerſus Ennianus, & collaudatur apud Gellium, libro v. capite xv.

Philoſophandum eſt paucis, namq; omnino haud placet.

NIHIL agens.) Vel, in ocio: ſic enim qui uiuunt, nihil agere uidentur. uel, nullius momenti ac ponderis actiones dicit: ſic enim ſentit ea eſſe quæ agerentur ſine dignitate, & extra Reip. adminiſtrationem, à qua iam ſe remouerat, cum omnia eſſent in unius poteſtate. Iis enim temporibus quibus fuit à Cæſare occupata Reſpublica, Cicero ſe ad philoſophandum cõtulit: ut cùm alibi, tum in quadam ad Varronem epiſtola ſignificat ipſe: Quis enim hoc non dederit nobis, ut cum opera noſtra patria ſiue non poßit uti, ſiue nolit, ad eam uitam reuertamur, quam multi docti homines fortaße non rectè, ſed tamen multi, etiam Reip. præponendã putauerunt? Quæ igitur ſtudia magnorũ hominũ ſententia uacationem habent etiam publici muneris, ijs concedente Repub. cur non abutamur? Eſt aũt ſimilis locutio prouerbialis figuræ & apud Terentiũ, Eunucho: Nihil dicis Parmeno. id eſt, nullius momenti putanda, quæ dicis. Et Plautũ, Milite: Nihil hoc quidẽ eſt. id eſt, futile. et Nihili homines, nullius precij dicimus.

TAMEN eos.) Huiuſmodi quaſi minus plenæ elocutiones & alibi reperiuntur. ut,

Naturam expellas furca, tamen uſq; recurret.

intelligendum enim, quanquam, aut simile: cuius ἀνθύποσις, tamen.

QVANQVAM non sumus.) Occupatio, qua iam nunc occurrit reprehensoribus futuris disputationũ suarum. In qua de toto genere contradictionum, quæ Græcis sunt ἀντιῤῥήσεις, bonæ sententiæ memorantur, et dignæ quæ à scriptoribus & disputatoribus horum etiam temporum diligenter cognoscerentur. Sed nos id quod instituimus, agamus.

ETENIM si.) Hoc loco per occasionem comparationis contra eos dicit, qui se noua quadam laude Atticos appellari uolebãt, studentes generi cuidam orationis tenui et subtili, atq; sententioso. Contra quorũ persuasionem falsam & alibi disseruit, et destinauit Oratorem suum, scriptũ ad Brutum, qui & ipse hoc Atticum genus breue atq; angustum probaret. Sed de populi ac multitudinis hac in re iudicio, Cicero in Bruto dicit copiosius,
» & à doctorũ illud iudicio dissentire negat. Et in Oratore ita: Semper ora
» torum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. Omnes enim qui
» probari uolunt, uoluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eamq; &
» ad eorum arbitrium & nutum totos se fingunt & accommodant, &c.
» Hoc Demosthenicum est. De Atticorum autem istorũ neglectione, in Bru-
» to hæc leguntur: Isti enim uidelicet Attici nostri, quod uolunt assequuntur.
» Ne illud quidem intelligunt, non modo ita memoriæ proditum esse, sed ita
» necesse fuisse, cum Demosthenes dicturus esset, ut concursus audiendi caus-
» sa ex tota Græcia fierent. At cum isti Attici dicunt, non modo à corona,
» quod est ipsum miserabile, sed etiam ab aduocatis relinquuntur. Sed De-
» mosthenes de populari iudicio ita in Oratione περὶ στεφάνου,
καί τοι ἔγωγε ὁρῶ τῶν λεγόντων ἁπάντων τοὺς ἀκούοντας, τὸ πλεῖστον μέρος κυρίους ὄντας. ὡς γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀκροάσησθε, τῇ πρὸς ἕκαστον ἔχητε εὐνοίας, ὅτως ὁ λέγων ἔδοξε φρονεῖν. Etsi Cicero non solum fauore, sed etiam iudicio, oratorem magnum probari sentit. Sed de his & ipsis satis.

» NISI quod se imitari.) In Oratore sic: Quid enim sit Atticum discãt,
» eloquentiamq; ipsius uiribus, non imbecillitate sua metiantur. Nunc enim
» tantum quisq; laudat, quantum se sperat posse imitari.

EST enim philosophia.) Nam neq; intelligit sapientiæ disputationes populus atq; multitudo, & ideo etiam odit: & ab doctrinæ quasi calliditate timet simplicitati imperitiæ suæ. etsi res longe aliter se habet. Nam doctrinæ & eruditionis in summa perspicacia & consideratione maxima sim-

simplicitas est: contrà uero, imperitiæ sunt suspiciones, & est malitia, atq; etiam (ut Terentianus uult Mitio) iniusticia.

SECVNDO *populo.) id est fauente, & assentiente. ut secundi uenti, qui flatu & aspiratione sua adiuuant cursum nauigationis. In Hortensio, cohortatum se quàm maxime potuerit ad philosophiæ studium, & quod genus philosophiæ minime arrogans, maximeq; & constans & elegans arbitraretur, quatuor Academicis libris ostẽdisse, ipse dicit in Proœmio Diuin.* II. *De Hortensio insuper hæc in Proœmio lib.* I. *de Fin. Quanquam philosophiæ quidem uituperatoribus satis responsum est eo libro, quo à nobis philosophia defensa & collaudata est, cum esset accusata & uituperata ab Hortensio.*

ORATORVM *laus.) De ortu & incrementis eloquentiæ Latinæ, extat Ciceronis Brutus.*

PHILOSOPHIA *nascatur.) Eleganter deficientiæ illi hanc originem opposuit, ut submittendam quasi nouam hãc philosophiæ sobolem, eloquentiæ senectuti censeat. Nimis autem celeriter hoc quod Cicero nũc prædicit, postea accidit. Post illius enim interitum eloquentia statim debilitata est, & breui tempore intercidit. De quo, in primo libro disseruimus copiose.*

NOSQVE *ipsos refelli.) Egregia & salutaris sententia ad uitæ cõmunitatem, contra peruicaciam contentiosorum hominum. De qua re præclare in primo de Fin. ita: Fieri ô Triari nullo pacto potest, ut non dicas quid non probes eius à quo dissentias. Quid enim me prohiberet Epicureum esse, si probarem quæ ille diceret, cum præsertim illa perdiscere ludus esset? Quamobrem dissentium inter se reprehensiones non sunt uituperandæ. Maledicta, tum contumeliæ, tum iracundæ contentiones, concertationesq; in disputando pertinaces, indignæ philosophia mihi uideri solent. Tũc Torquatus inquit, prorsus assentior. Neq; enim disputari sine reprehensione, nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest.*

QVASI *addicti & consecrati.) Addicebantur, qui cum soluendo non essent, alteri tradebantur. & in emtione ac uenditione, res quæ uenit, addicitur. Ex eo Addictus, destinatus & traditus: ut morti, supplicio addictus. Et Horatius,*

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Consecratos autem quasi deuotos accipimus. ut in formula deuotionis, quæ refertur à Macrobio Saturn. lib. III. *Exercitumq; hostium, urbes agrosq;*

» grosq́;, capita ætatesq́; eorum deuotas consecratasq́; habeatis. Hoc autem facere, quod hoc loco dicit Cicero, uulgare etiam uerbum uetat, quo dicitur, Satius esse mutare cursum perperam institutum, quàm in illo pergere. Παλινδρομῆσαι μᾶλλον, ἢ λαικῶς δραμεῖν.

SED si possumus.) Obiter contra Epicureos, non solum ut male sentientes, sed etiã ut indoctos, dicit: et Peripateticam Academicamq́; philosophandi rationem probat. Ratione autem & uia, etiam alibi. ut in Officijs: Omnis enim quæ à ratione suscipitur aliqua de re institutio. de Diui. II. Quàm si opt. artiũ uias traderẽ ciuibus meis. Græcis μέθοδος dicitur, cum duce ratione quasi per uiam quãdam artis proceditur in disserendo. Quæ luculente exposuit Cicero in primo libro de Oratore. ubi docet hoc totum quod artem dicamus, alia quadam extrinsecus assumpta scientia constitui, quæ & generibus quasi materiam quandam susceptam constringat & complectatur, partibusq́; ac ueluti membris distinguat, & omnia definitionibus illustret. quæ sunt dialecticæ omnia, quam strenue contemsisse Epicureos constat. Quod autem futilia & leuia sint disputata Epicureorum, etiam hoc alibi Cicero argumento esse ait, quod facile à quouis ediscantur. Itaq; nunc dicit, minime ignorari quid illi doceant.

NAM ut Plat.) Comparatione et aliorum philosophorum sectas collaudat, & hanc Epicureorum uituperat.

PHILO.) Academico Philone, cui discipulus postea illius successisset Antiochus, ipse se magistro usum, in Bruto scribit.

» PERIPAT. Acad.) De hoc ita in Orat. Hæc igitur quæstio à proprijs
» personis & temporibus, ad uniuersi generis orationem traducta, appella-
» tur θέσις. In hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem
» tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramq; partem, ut orna-
» tius & uberius dici posit, exercuit.

DICI non potest.) Annectitur ad superiorem de morte disputationem, hæc de dolore: inserta quadã ueluti cautiuncula, ne quis etiam repugnantibus in animis hoc posse philosophiæ præcepta existimet, ut ad uirtutem & decus colendum illi excitentur. Requirit enim hæc assentientes atq; obsequentes, & cupidos bonorum illorum quæ offert philosophia, promittitq́; hominibus. Hæc autem etsi omnia uirtutis atq; laudis ac decoris & honesti idem significantibus uocabulis appellantur, tamen multiplicia sunt, & uariæ formæ illorum: ideoq́; alia ab alijs magis minusue appetũtur, studiosiusq́; aut negligentius excipiuntur, pro ingeniorum uarietate.

rietate. Qua de re copiose posset dici, & omnino ciusmodi est in qua inquirenda & explicanda sapientiæ quoq; studium occupari debeat : sed nunc neq; proposito de nostro, neq; suo in loco sit futurum. Quare reliqua percurramus.

FORTES fortuna.) Secundū hoc, Audentes fortuna iuuat. & hoc, Audentes sors q; deus q; iuuat. Est aūt in Phormione, Fortes fortuna adiuuat.

ITA moratus.) Vt apud Terentium: Quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus?

VT enim si.) Elegantibus similitudinib. docet, turpissime in uita peccari à philosophis, uitæ magistris.

NONNE igitur.) Obiectum dissoluit Attici, id q; breuiter. nam recipere res longiorem disputationem potuit. Quæstio autem hæc est: Vtrum ea uis sit philosophicorum præceptorum, ut excitare per se animos hominū ad uirtutem possint. De quo disseri sanè copiose nihil fortasse attineat. Nam constat, hoc illa non posse: quippe cum iam multi audiuerint atque cognouerint, sine fructu, & nunc quoq; audiant, neq; meliores reddantur. Ergo opus est capace & idoneo animo, ut non sit iam philosophiæ culpa, si minus efficiant præceptiones illius, sed refragantis auditoris: ut quod super aqua non pingi neq; scribi possit, non pictoris aut scriptoris uitio fit, sed propter repugnantem scriptioni & picturæ aquam. Sed quæ hæc, & unde nata sit in genere humano animorum uoluntatū q; diuersitas & dissimilitudo, quæ q; hæc ingenij atq; indolis multiplex forma, id explicatu & longum & difficile. De quo aliquando fortasis non minus idoneo in loco, sed cum plusculum ocij nacti fuerimus, nostram sententiam exponemus, quam tamen iam in primo libro magna ex parte ostendimus. Sunt enim hæc hominum studiosorum ueritatis et eruditionis, curæ & inquisitionis nequaquam indigna.

MAGIS esset.) Secundum prouerbium, quod male institutum cursum mutare, non prosequi iubet.

DE uarijs disc.) Quas Græci αἱρέσεις nominant. Disputationem autem finium copiose exequitur Cicero, & in quinto de Finibus, & in V. Tusc. Sex quidem secundum Carneadem esse omnino simplices fines cōmemorat in V. de Finib. Voluptatis appetitum, quamuis hæc non contingat: aut studium non dolendi: aut ut ijs potiri possimus quæ prima secundum naturam uocantur: uoluptatem ipsam: uacuitatem doloris: fructum & copiam eorum quæ prima secundum naturam uocant. Ita erit

ſeptimus, adiunctæ uoluptatis ad honeſtatem: octauus, ad hanc uacuitatis doloris. nonus, acceſsio illorũ quæ prima ſecundum naturam uocant. Requiri autem in his finem Stoicorum uideo ab aliquo poſſe, uirtutem, quæ illis ſola bonum eſt. Sed illi, ut in tertio de Fin. docetur, cum poſuiſſẽt ortum quendam ultimi boni de principijs naturalibus, ad conuenientiam naturæ illud deduxere, ut ſummum bonum dicerent eſſe, conuenienter naturæ uiuere: id eſt, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, in hoc iam uirtutem, ſiue honeſtatem conſtituerent. De Ariſtone autem, & Pyrrhone, atq; etiam Herylo, ita Cicero in V. de Fin. Iam exploſæ eiectæq; ſententiæ Pyrrhonis, Ariſtonis, Heryli, quòd in hunc orbem quem circumſcripſimus, incidere non poſſint, adhibendæ omnino non fuerunt, &c. Atq; ibi & Cicero ſignificat, Pyrrhonem omne diſcrimen uitæ ſuſtuliſſe, cum præter honeſta & turpia nihil neq; expetendum neq; fugiendum traderet. itidemq; Herylum, qui negaret quicquam eſſe bonum niſi ſcientiam. De Ariſtone Plutarchus, περὶ ἠθικῶν ἀρετῶν,

Ἀρίστων δὲ ὁ χῖος τὴν μὲν οὐσίαν μίαν καὶ αὐτὸς ἀρετὴν ἐποίει, καὶ ὑγείαν ὠνόμαζε. τῷ δὲ, πρός τι πως, διαφόρους καὶ πλείονας. ὡς ἄν τις ἐθέλοι τὸν ὄρασιν ἡμῶν, λευκὸν μὲν αὐτὴν λαμβανομένην, ἀλυπόδειαν καλεῖν, μελαίνων δὲ μελανδέειαν.

Et Galenus, περὶ τῶν καθ' ἱπποκράτη καὶ πλάτωνα δογμάτων, dicit hanc uim appellaſſe Ariſtonem ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

METRODORVS.) Huius & alibi meminit Cicero. fuit de præcipuis ſectatoribus atq; amicis Epicuri: cuius memoriã coli cum ſua, teſtamento iußit. Hic Athenienſis, non ille poſterior Scepſius, fuit præſtanti memoria, cuius mentio fit in prima Tuſc. Fuit & alius Metrodorus Stratonicẽſis, deſertor Epicuri. Itemq; alius uetuſtior, magiſter Anaxarchi. Sententiam autem Metrodori hanc in ſecundo Fin. ita retulit: Metrodorus penè aliter quàm Epicurus, beatum eſſe deſcribit his ferè uerbis: Cum corpus bene conſtitutum ſit, & ſit exploratum ita futurum.

ASPICE Philoctetam.) De tragœdia Accij, ut uidetur. huius enim Philoctetes citatur à Macrobio, & Cicerone. de Fin. v. Eoſdem uerſus in I. Finium poſuit, de Philocteta,

Cui uiperino morſu uenæ uiſcerum
Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient.

APVD Sophoclem.) Trachiniæ fabula Sophoclea, argumenti infecti Her-

Herculis ab uxore Deianira inſcia, ueneno Neſſei cruoris. Sunt autem uerſus à Cicerone luculente tranſlati, omiſsis quidem aliquot: ut placuit ſubiectis Græcis indicare.

ὦ πολλὰ δὴ κἀμὰ θρμὰ, κἀμὰ λόγῳ μοχθήσας ἐγώ.
ἰὼ πῶ φίλτατον ὅτ' ἄκοιτις ἦ μόνος
πρόθηκεν, ὅθ' ὁ συγνὸς ἄνυδρος ἐμοί,
οἷον τόδ' ἦ πολῶπις οἰνέως κόρη
μαθοῦσ' ὧμοῖς φοῖς ἐμοῖς, ἐννύω
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ὦ μόλυμαι.
πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν, ἐκ μὲν ἐχάλκας
βέβρωκε σάρκας, πλεύμονας τ' ἀρτηρίας
ῥόφῳ ξυνοικῶν. ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
ὠπτωκεν ἦδη, κἀπέφθαρμαι μέλη
πρὸ παῦ, ἀφρώσῳ πῆλε χειρωθεὶς ὠμῇ.
ἰὼ ταῦτα λόγχη πτολίων, ὅθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς γιγάντων, ὅτε θήρειος βία,
ὅθ' ἕλκας, ὅτ' ἄγλωσσος, ὅθ' ὅσην ἐγὼ
γαῖαν μαθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω.
γυνὴ δὲ, θῆλυς ὅσα, μοῦνα ἀνδρὸς φύσιν,
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου λίχα.
ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς,
κἀμὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβούσης πλέον.
δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκων λαβών,
εἰς χεῖρα τλῆθι τεκοῦσαν, ὡς ἐδὼ σάφα
εἰ τἀμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον, ἢ μέσης ὀργῆς
λωβητὸν εἶδος ἐν πίκρᾳ κακόμοχθον.
ἰὼ ὦ τέκνον, τόλμησον, οἰκτειρόν τέ με
πολλοῖσιν οἰκτρόν. ὅσις ὥστε παρθένος
βέβρυχα μελάθροις, κἀπὸ τόδ' ἀκαὶ εἰς ποτε
πόνδ' ἄνδρα φαίην πρόσθ' ἰδεῖν μεθραπόντα,
ἀλλ' ἀστέναντος ἀεὶ ἐσώμην μαχοῖς.
νῦν δ' ἐκ βιότου θῆλυς εὕρημαι πάλας.

κἀς νιῶ προσελθὼν, σῆθι πλησίον πατρός.
σκέψαι δ' ὁποίας τοῦτα συμφορᾶς ὕπο
πέπονθα. λέξω γὰρ τάδ' ἐκ λαλυμμάτων.
ἰὼ, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον λέμας,
ὁρᾶτε μ' ἡμῖ λύσκνον ὡς οἰλτρῶς ἔχω.
αἰ, αἰ. ὦ τάλας. ἔ, ἔ.
ἔθαλψεν ἄτης ἀσασμὸς ἀρτίως. ὁδ' αὖ
λιῆξε πλουρῶν, ὁδ' ἀγύμνασον μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα λάβορ νόσ.
ὦ 'ναξ ἀϊδλη, λέξαι με.
ὦ διὸς ἀλιτὴς, παῖσον.
ἔνσφσον ὦ 'ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλ
πάτερ λιραιωῦ. λαίνυται γὰρ αὖ πάλιν.
ἤνθηκεν. ἐξώρμηκεν. ὦ χέρες χέρες,
ὦ νῶτα κἀμὲ σέρνα, ὦ φίλοι βραχίονες.
ὑμεῖς ἐμεῖνοι λὴ λαθέσαθ', οἵ ποτε
νεμέας ἔνοικον βακόλων ἀλάσορα
λέοντ' ἄπλαρν βρέμμα, λὰπροσήγορον
βίᾳ λατειργάσαθε, λδρναίαν δ' ὕδραν,
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱππόβαμονα σρατὸν
θηρῶν, ὑβειστὴ ἄνομον ὑπέροχον βίαν,
ἐρυμανθιόν τε θῆρα. τόν δ' ὑπὸ χθονὸς
ἄδλα τέκνα νον σκύλακ' ἀπρόσμαχον τέρας
λευνᾶς ἐχίδνης βρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις.
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγδυσάμην,
λὸδλεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

QVAE corpore exanclata.) Vetus est uerbum exanclare, quod perficere, et ueluti ministerio quodã exequi, cũq; difficultate peragere significat. Simili in significatione ἐξαντλεῖν Græci dicũt, ut Eurip. Cyclope usus est. Item Medea, πρὶν τόδ' ἐξαντλῆσαι. ducta translatione ab opere aquarum hauriendarum, siue de puteis, seu cum carinæ exhauriuntur. Virgilius interpretatus est græcum, Aeneid. IIII. Quæ bella exhausta canebat.

nebat. Verum exanclare Latinum est uerbum, nec ab illo Græco, exantlare, ut aliqui falsò tradidere.

DECOLOREM.) χλωρόν, id est uiridem. hoc est liuidum, de tabe ueneni. suus enim sanguinis color, ruber est & purpureus. Cum igitur liuet, tum decolor est.

POTIOREM putes.) Græca hoc loco σωέτιμι. ut mox copiosiora sunt Latina, quàm Græca, πολλοῖσιν οἰκτρόν, Gentes nostras flebunt miserias. Qui enim sunt πολλοί? toti certe populi.

INGEMISCENTEM malo.) Post hunc uersum, & de Græcis, et quia minus cohærent sequentia, suspicari licet deesse aliquid.

LACERATI patris.) Rursum correpta Græca sunt, exclusa illa quadam actuosa querela.

NEMEAEVS.) ὁ νεμεαῖος. Ita numeri exigunt ut legamus. est enim ἀπὸ τῆς νεμέας ὁ νέμειος, & ὁ νεμεαῖος. Fabularum autem historiæ expositæ sunt in explicatione nostra Sophocleæ tragœdiæ: unde, si quis requiret, assumere poterit.

LERNAM terram.) Vel pro Lerneam terram posuit: uel scribendũ est Lernæ terram. Prius fuerit tale, quale est, Vrbem Romã: posterius, ut, Vrbem Pataui. Excetra autem, à ueteribus Latinis hydra appellata.

SPOLIA cæpit.) τροπαῖ' ἤρατο. prius est in Latino, in Græco posterius. Nam uicti fusiq; hostes spoliari solebant, atq; ita de spolijs excitari trophæum, ut describitur Aeneid. x.

AESCHYLVS, non poëta.) Vetus poeta Aeschylus, studiosus philosophiæ Pythagoricæ, ut Euripides Anaxagoriæ: qui et Anaxagorã audiuisse traditur. Locus aũt est de Prometheo, ut apparet, λυομένῳ Aeschyli: quæ fabula nũc nõ extat. Scripsit idẽ et πυρφόρον προμηθέα. Ad nos δεσμώτης tantũmodo, eaq; mendosa peruenit. Nobis quidem, cũ hæc annotaremus, spes erat facta melioris exemplaris, ab eruditissimo iurisconsulto LVDOVICO BRASSICANO: quod si acceperimus, libenter & cupide cum studiosis opt. literarum & artiũ humanitatis sumus communicaturi.

EX quo.) Temporis longitudinem maximã significat, quod metitur à prima mundi origine, ex quo uel pluuia Caucasus irrigetur. nã & pluuia liquescentes quædam stillæ sunt, à solis lumine. uel, ex quo solis æstu niues liquefiant Caucasi. Illum autem uersum,

Sublime inuolans,
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem:

adducit Nonius de Prometheo Accij.

RECTE *igitur à Platone.*) Non enim expelluntur, neq; contumelioſe eijciuntur poetæ à Platone, ſed (ut Cicero ait) ducuntur è ciuitate quam ille inſtituit, & quidem perquàm honorifice. Locus eſt in III. πολιτειῶν, Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον διὰ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι, καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενοῦ ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτόν, ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ ἡδύ, εἴποιμεν δ' ἂν, ὡς οὔκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ταυτὶ ἡμῖν, οὔτε θέμις ἐγγενέσθαι, ἀπέμποιμέν τε αὖ εἰς ἄλλην πόλιν, μύρου κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, καὶ ἐρίῳ στέψαντες. Horum talis eſt ſenſus: At eum qui per ſapientiam, ut uidetur, uarium ſe præbere, omnesq; res imitari poteſt, ſi ad nos uenerit huc in urbẽ ipſe, uolueritq; proferre poemata ſua, adoraturi illum ut ſanctum admirabilemq; & ſuauem, hoc autem dicturi ſimus, talem apud nos in urbe hic eſſe neminem. Itaq; profuſo in caput ipſius unguento, faſcijs redimitum in aliam eum urbem ablegauerimus. Sed hæc non accipienda ſunt ſic, quaſi poeticen infament, aut à ſtudio poetarum debeant nos abſterrere: ſed ut hoc efficiant, ne temere, ſed ut cum attentione & cura poetarum carmina legantur. de quo quidem in Homericis copioſius diſſeruimus.

QVIS *igitur.*) Argute hoc contra Epicurum affert, atq; concludit. Si enim maximũ eſt dedecus, id eſt turpiſſimũ philoſopho, affirmare dolorem ſummũ eſſe malum, & dedecus propter conſequentiam doloris malum, ut honeſtas propter uoluptatem quam parit bonũ eſt: quantus dolor hæc dicentem Epicurum debuit ſequi? ſed nullum ille ſentit ob hoc quidẽ dictum.

SATIS *mihi dedisti.*) nihil quæro amplius: uel, ſatis habeo. ut Terentius: Non ſatis habes, ſi tibi dieculam addo? Sunt & in iure hac forma ſermonis uſi, ut Cicero pro Quintio ſæpe. Et ſatis accipere dixerunt eum, cui ſatisdaretur: ut in Sticho.

RATIVNCVLIS.) Non enim ſatis eſſe has concluſiones Stoicorum ſentit. Et hoc loco ad ornatum figurauit orationem διαλογισμῷ, id eſt ſermocinatione, quaſi colloquens cum Zenone, autore (ut notum eſt) Stoicæ ſectæ. Vbi perſonæ Attici & Marci, temere inſertæ, ſine dubio tollendæ ſunt.

NEQVITIAM.) leuitatem & uitioſitatẽ dixere. & Hominem nequã, qui nihili eſſet. & improbitatem: Nequitia eſt, quæ te nõ ſinit eſſe ſenem.

REII-

REIICIENDVM.) ἀπροηγμένον. Nam Stoici, quæ neque honesta eßent per se, neq; turpia, ea dixere ἀδιάφορα. ut uires, formam, dolorem, infamiam. sed horum alia sunt προηγμένα, τὰ ἀξίαν ἔχοντα, id est proposita, ut Cicero uertit de Finib. III. ἀπροηγμένα ἢ τὰ ἀναξίαν ἔχοντα, id est reiecta. Sed quia dupliciter sunt illa neutra accipienda, (nã alia nihil prorsus habent momenti, ut digitum extendere aut contrahere: alia æstimationem quandam habent & sumuntur, id est ἐκλέγεται, quod ἐν τοῖς οὐδετέροις non fit) ideo placuit subiungere Ciceronis de primo Acad. locum, quo hæc diserte explicantur. Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophrastus, neruos uirtutis incideret: sed contrà, qui omnia quæq; ad beatam uitam pertinerẽt, in una uirtute poneret, nec quicquam aliud numeraret in bonis: idq; appellaret honestum, quod esset simplex quoddam & unum bonum. Cætera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturæ contraria. Neutra autem in medijs relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. Sed quæ essent sumenda, ex ijs alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Quæ pluris, ea præposita appellabat: reiecta autem, quæ minoris. In IIII. autem Finiũ, προηγμένα interpretatur quidem producta, sed mollius esse putat præposita, aut præcipua: & illa contraria, reiectanea. Item in tertio, promota illa, & hæc remota: ubi & rem ipsam explicat.

SED re succumbere.) Zenonium hoc est. In hac gloria et hoc splendore uerborum, nemo non re ipsa laudem tueri debebat. cõtra quod Cicero, optari hoc quidem facile posse, sed philosophiæ esse doctrinam.

QVOD honestum.) Ita in III. Finium: Si una uirtus, unum istud quod honestum appellas, rectum, laudabile, decorum, erit enim notius quale sit pluribus notatum uocabulis idem declarantibus.

NIHIL est planè.) Prouerbiali figura: id est futile, leue, nullius momenti. Euripid. Andro. οὐ δὲ οὐδέν ἄ. Item, Nihil præ ut futurum dicis. & similia. Item Milite, Illud quidem nihil est.

AVT enim nulla uirtus est.) Propositum generale distinctè & distributè exequitur, per illas notas & usitatas honesti species traducens disputationem suam.

CORINTHIIS.) De ære Corinthio, quod casus miscuit, ut ait Plinius, Lib. 34. Ca. 2
fit et postea à Cicerone mentio, libro quarto: Ingenioſi, ut æs Corinthium in æruginem, sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocius. De hoc uasa & signa efficta, incredibili uel insano potius studio expetita

quondam fuisse, Plinius quoque indicat. Attingit autem hoc loco dogma Stoicorum, qui & simplicem uniusq; modi uirtutem, quamuis nominibus distingueretur, esse uoluere: & partam non amitti. Est enim secundum illos sapiens beatus, quod non esset in periculo amittendæ illius. Et comprehensio Stoica firma & certa esse debet. Sed de hoc contrariæ sententiæ exponũtur, Chrysippi & Cleanthis. Chrysippus enim ἀποβλητὴν, id est amitti posse uirtutem dixit: nõ posse, hoc est ἀναποβλητον εἶναι, Cleãthes.

PHILOCTETAM.) Aliqui libri sic habent hoc loco, Prometheum aut Philoctetam illum. Sed retineamus sanè hãc scripturam, Philoctetam illũ,

— Qui iacet in lectulo humido,
Qui eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando multum flebiles uoces refert.

Sunt autem de tragœdia quapiam uersus senarij iambici, primus quidem dimidiatus, duo sequentes integri. In secundo autem, uel soluenda particula Qui, ut fiat Qui dißyllabon. aut addenda coniunctio Quæ, ut sit, quiq;.

DA iugulum.) id est, fusus & uictus fer extrema. Prouerbiali figura dictum: sumta translatione uel ab ijs qui iugulantur in supplicijs: uel de ludo gladiatorio.

CRETVM quidem.) Exemplis docet, posse superari dolorem, & patientia cùm animos tum corpora durari. De Lycurgo dictum est & in prima Tusculana, fuisse Leobotæ regij sanguinis pueri fratris filium & tutorem, &c. De Minoë traditur, Iouis colloquio illum usum in Creta annis nouem. Sic enim interpretantur aliqui, ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ἀρχεγόνος. Appellat & Plato Cretensium leges, Iouis leges. νόμων ἃ, καὶ ἐπὶ νοῦ βάλλομαι διεξελθεῖν, πῶς ἐν τοῖς τοῦ Διὸς λεγομένοις νόμοις, τοῖσδε τοῦ μυθίου Ἀπόλλωνος, ὃς μίνως τε καὶ Λυκοῦργος ἐθέτην, ἔνεσί τε πάντα ταῦτα, &c. De uerberationibus autem puerorum Spartanorum, notæ sunt historiæ quæ traduntur à Plutarcho in Lycurgo, & Xenophonte in Politia: copiosiß. autem à Pausania, ut subiecimus. Locus qui cognominatur Limnæum, fanum est Dianæ Orthiæ. Simulacrum autem illud esse ferunt, quod olim Orestes & Iphigenia de Taurica clam asportarint. Idq; aiunt perlatum ad se Lacedæmonij, quippe apud quos rex fuerit Orestes. uidenturq; mihi uerisimiliora hac de re narrare, quàm Athenienses. Nam qua ratione Braurone simulacrum

Hic locus supra in lib. 1. corrigẽdus, nã perperam legitur.

Ex Laconicis

lacrum illud Iphigenia reliquerit? Aut cum Athenienſes ad relinquendū locum illum ſe pararunt, quomodo in naues non etiam illud impoſuerunt? præſertim cum tanta nunc etiam fama ſit deæ Tauricæ, ut contendant & Cappadoces, & Ponti Euxini accolæ, ſimulacrum illius eſſe penes ſe. contendant & Lydi, qui colunt Dianam Anaitida. Paterentur ne igitur hoc neglectum prædæ eſſe Medis Athenienſes? Bauronis enim ſimulacrum Suſa deportatum, poſtea à Seluco Syrijs datum fuit, qui noſtris temporibus Laodicenſes ſunt. Sed & hæc argumenta habeo, eſſe Orthiam apud Lacedæmonios ſimulacrum, allatum de barbaris. Hoc enim cum reperiſſent Aſtrabacus & Alopecus filij Irbi, nepotes Amphiſthenis, qui filius fuiſſet Amphiclis, nepos Agidis, ſtatim uerſi ſunt in furorem. Præterea Limnatæ Spartani, & Cynoſurienſes, Meſoæq; ac Pitanes incolæ, in ſacrificio Dianæ primum rixam, deinde & prælium cōmiſerunt, & multis iuxta aram cæſis, reliqui morbis conficiebantur. Tum oraculum datum fuit, ut aram humano ſanguine cruentarent. Cumq; ſorte deligerentur ij qui mactarentur, ritum hunc Lycurgus mutauit, puerorum uerberationibus. atq; ita quoq; repletur ara humano ſanguine. Aſtat autem cum ſimulacro ſacerdos, quod exiguum eſt & leue: quod uerberantes, ſi alicui forte puero forma genereue præſtanti pepercerint, fit illud graue: deq; eo ſacerdos conqueri ſolet. Ita retinet ſimulacrum Tauricæ deæ ſanguinis cupiditatem. Vocatur autem illa non Orthia tantum, ſed & Lygodeſma, &c.

AD necem.) Sic uerberari ſolitos ſcribit, ut penè necarentur. Vt Terentius, Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam, uſq; ad necem. Etſi Plutarchus in Lycurgo tradidit, ſe uidiſſe morientes inter uerbera. Et Lucianus Anacharſide ſcripſit, ſtatuarum honore affici inter uerbera exanimatos pueros.

DIFFERVNT aliquid.) id eſt in aliquo, κατά τι. ut, Quid me uis? Aliqui malunt, differt: ita erit connexio uerborum notior. Excurrit autem hoc loco Cicero in diſputationem quandam, de quodam ſignificationis diſcrimine, laboris et doloris. quam Græcos non ſeruare ait. de qua quidē tota re uix inuenio quid dicam. Ac ſuſpicor, dicendum enim quod ſentio, in quadam cupiditate nimia ornandi amplificandiq; linguam Latinam Ciceronem progreſſum hoc quidem loco ad Græcorum reprehenſionem paulo incogitantius. Etſi enim πόνος, (nam non reperio aliud uocabulum quod Cicero deſignet, & φιλοπόνους appellant Græci τοὺς σπουδαίους, qui ſunt Latinis induſtrij, quo & Ioannes quidam Grammaticus cogno-

mento fuit uocatus) πόνον ergo, etsi illi etiam in doloris significatione pō-nunt, ut cum medici sic loquūtur, πόνος αἴσθησίς ἐστιν ἀνιαρὰ, καθάπερ ἡ ὑ-δερὴ παρακοὴ ἀίσθησις. & πόνους ac λύπους nominant quæ dolent, atq; ita & cruciatus appellarunt Stoici, ut cum dixere πόνον esse ἀδιάφορον, quod quidem maxime Ciceronem mouisse apparet, ut hæc talem ad modū differeret: hæc igitur etsi ita se habent, tamen uocabulum profectò id pro-priè significat Græcis πόνος, quod Latinis labor, & ad doloris sensum in illa affinitate significationis trāsfertur. ut Latini quoq; laborare dicunt eū qui animo sit solicito, quod molestiam certe habet. Itaq; Homerus Iliad. ϛ.

ἤλυθε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. & Iliad. λ.

ἦ ἐθέλεις ἄλιον θεῖναι πόνον, ἠδ' ἀτέλεσον
ἶφθῶ ὃν ἴφθω κ μόγω. & Sophocles Aiace,

πόνος πόνῳ πόνον φέρει. de laborioſa molestia inquisitionis. Et cùm alia dolorem Græcis significant, tum ἄλγος, & communius ἀλγηδών. Iliad. β. ἀλγύσας δ' ἀχρεῖον ἰδὼν, de pulsato Therſita. Sed de his satis. De uirgi-bus Lacænis & ipsis nota sunt ea quæ hoc loco Cicero attingit, quarū et ipsarū excercitia fuere cùm sua, tum communia cum adolescentibus. quod ut periculosum ad tuendam pudicitiam, exprobratur illis uerbis Pelei in Andromacha:

—ὀδ' αὖ εἰ βόλοιτό τις,
σώφρων γένοιτο παρπατίδων λόχῳ.
αἳ ξιὺ νέοισιν ἐξερημῶσαι δόμους,
γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις,
δρόμους παλαίστρας τ' ὀκ ἀναχετὸς ἐμοὶ
λοιπὰς ἔχουσι. κἄστα θαυμάζειν χρεών,
εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε.

Sed Eurotas fuit fluuius Lacedæmonis, ad quē illi excercitijs operam de-dere. Et est nomen puellarum Spartanarū comicum, φαινομηρίδων. Ferti-litatem autem barbaram dici accipio fœcunditatem, id est τὴν εὐτεκνίαν, cui ocium & fuga laborum idonea: ita enim minus sicca corpora, conci-piendo fœtui apta redduntur.

SINE anapæsticis pedib.) Non modo ad tibiam, sed citharam quoque conflixisse Spartanos accepimus. Anapæstos autem modos fuisse, Cicero planè hoc loco dicit. & sanè sunt, ad quandam ueluti stabilitatem & æ-quabilitatem appositi, cum deponantur in longam syllabam. admiscuisse tamen

tamen crebros spondæos accepimus, ut syzygiæ spondaicæ reperiantur, Laconicæ appellatæ. Sed de anapæstis hæc metrici tradidere: Anapæsticũ trimetrum catalecticum in syllabam, appellatum Messeniacum, & ἐμβατήριον, quod esset proprium carmen Lacedæmoniorum, idq; ad tibias illos accinuisse in prælijs, incedentes ante conflictum ad numeros, non tam ad incendendos quàm regendos animos. Ponuntur autem in hoc anapæsti ante spondæos. ut,

Age dic nunc tibia Marti carmen amicum.

Nam de ultima syllaba quod præcepere, breuem illam esse debere, id nihil est: cum satis constet, ultimas syllabas certum tempus non habere.

MVLIER uidebitur.) Prouerbiali figura sermonis dictum. nã sexus iste mollis est, & infirmus. ut in Terentiana Eunucho, Senem mulierem.

QVANTVM experti sumus.) De prælio in Philippis dicit, quod depugnatum fuit inter Cæsarem & Pompeium.

O PATROCLES.) De tragœdia latina uersus iambici tetrametri acatalecti. Translatum autem est argumentũ de Iliad. λ'. ubi occurrit sauci us Alexandri sagitta Eurypylus, filius Euæmonis, Patroclo, & primum interrogatur quo in loco sint res Græcorum, & ita deinde curatur.

VBI tantum luctus continuatus.) Apparet miserationem hoc loco poctam tragicum inseruisse. sed illa apud Homerum ponitur initio,

O infelices reges q; duces q; Pelasgũm,
Scilicet à uestris procul, & tellure paterna,
Vestra omenta canes pascent albentia Troum.

SI QVIDEM homo esset.) Id est, si quid in illo esset humanitatis. Tu si homo sis, hic faciet. &, Homo sum, humani nihil à me alienum puto.

NIHIL minus.) Prouerbialis ὑπερβολὴ negationis. Aesopi aũt, tragœdiarũ nobilis actoris tẽporis sui, et alibi facit mentionem: ut in epistolæ libri VII. ad Marium, Deliciæ uero tuæ, noster Aesopus. Et Horatius:

Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius ægit.

CONSVETVDINIS.) Vnde & hanc, naturæ uim, inueteratam præsertim, obtinere aiunt. Et nota est Theophrasti sententia, Consuetudinem esse quasi alteram naturam.

SAMNIS spurcus.) Samnitum enim nationem gladiatoriam fuisse accepimus. Versus autem hic est Lucilianus, de Esernino.

AGE sis nunc de ratione.) Transit ad argumenta, quibus ostendit, & tolerabi-

tolerabilem & tolerandum esse dolorem. & præcepta quædam fortitudinis explicat,& Epicurea hac in parte reijcit.

PERCVLERIT.) percusserit. Perculit illico:&, Laudũ perculsus amore. Vehementiorem motum, & quasi ictum doloris significauit.

» HISCE ego pluribus.) Ita & in III. de Finib. Si una uirtus, unũ istud
» quod honestum appellas, rectum, laudabile, decorũ, erit enim notius qua-
» le sit pluribus notatum uocabulis idem declarantibus, &c.

VT tute tibi imperes.) Ita enim certe in monitionib. usurpatur hoc, ut iubeamus aliquem seipsum, aut animũ suum uincere. Et pulcerrimam esse aiunt uictoriam sui ipsius. Et Græci aliquem κρείττω ἑαυτοῦ, itemq; ἥττω esse dicũt. Quod quale sit, explicatur à Platone νόμων δ'. qui dicit in homine duplices esse contentiones quasi rudentũ aut neruorũ: unam perturbationum, ut uoluptatis seu lætitiæ, itemq; molestiæ siue ægritudinis, & antecedentium illas metus atq; confidentiæ, seu cupiditatis. Alteram uero rationis, cui parêre & obsequi illam oportere dicit. hæc autem cum perfecta iam sit, uirtus nominatur à Cicerone et alibi, ut IIII. de Finib. Ratio
» nis enim perfectio est uirtus. Sed πολιτειῶν δ'. hæc planius dicuntur, &
» sunt ad hunc illa locum aptiora.

SAEPE enim uidemus fractos pud.) Itaq; præceptum datur contra iracundiam, ut irati sua ora in speculo contemplentur. Et scitum est quod in Lacedæmoniorum institutis fuisse accepimus, statis temporibus ut seruos ebrios producerent ante conspectũ adolescentiæ suæ, & pudore tantæ deformitatis ab hoc illam uitio studerent deterrere.

IN Niptris.) Satis quidem constat nomen hoc esse Sophocleæ fabulæ, translatæ à Pacuuio: id enim Cicero manifeste ostendit. Sed de argumento quærendum. Non autem id accipi potest, quod aliqui tradidere, Vlyssem saucium ictu apri apud Autolycum introduci, ubi cruore abluto uulnus illius curaretur. Nam & de bello saucium exportari, intelligi de ijs uersibus qui referuntur potest. et citatur uersus alicubi Nonij, de quo apparet in bello quosdam curari,

Vos betite defensum patriam in pungna.

Et hic etiam quidam moriens nescio quid dicit. Quod de Vlysse intelligi non potest. Suspicor igitur, si huiusmodi aut par aut opus est suspicando colligere, de eiusdem argumenti fabula hæc esse adducta, cuius & supra in Eurypyli mentione uersus quosdam relatos audiuimus: in scenam productis Homericis historijs Iliad. λ'. ubi optimates plærique Gra-

Græcorum uulnerantur, & pugna excedunt, Agamemnon, Diomedes, Vlysses, Machaon, Eurypylus. Quod ad lauacra autem attinet, certe & cruorem de uulnere Eurypyli Patroclus νῖσ' ὕδατι λιαρῷ. Iliad. λ'. & Iliad. ξ'. θερμὰ λόετρα parantur Machaoni. Versus autem pleriq; sunt anapæstici generis, quos, ut hoc etiam loco coniecturas nostras exponamus, sic perscribendos putamus.

— Tu quoque Vlysses,
Quanquam grauiter cernimus ictum,
Nimis es penè animo molli, qui
Consuetus in armis æuum agere.

Et sequentes:

Retinete, tenete, opprimite, ulcus
Nudate. heu miserum me, excrucior.
Operite, abscedite, iam iam
Dimittite: nam attactu & quassu
Sæuum amplificatis dolorem.

ATQVE *ille non immoderatè.*) De alio quopiam, non de Vlysse, quæ sequuntur accipienda arbitror, quippe qui alios obiurget, idq; moriens: quod in Vlyssem non congruit. Est autem gnoma exposita uersibus trochaicis tetrametris catalecticis.

Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet.
Id uiri est officium, fletus animo muliebri additus.

ZENO proponatur.) Historiæ notæ sunt, de Valerio, & Laertio, Plutarcho. & ab interpretibus recitantur.

ABIECTO scuto.) Neque enim retento scuto fugere poterant, neq; abiecto pugnare. Itaq; ῥιψάσπιδας dixere, qui è prælio fugissent.

QVEM XII. tabulæ.) Sic enim interpretatus fuit Iessum, L. Aelius, ut Cicero de Legib. lib. II.

HERACLEOTES Dionysius.) Quem ex renibus laborantem desciuisse à dogmate Stoico, Cicero scribit: eum oculorum morbo correptum sententiam mutasse, & transisse ad Cyrenaicos, Laertius memorat. unde & μεταδήμενος fuit appellatus. Lucianus διατυφλοῖς & ipse rem expo suit: sed quo morbo laborauerit, non dicit. de quo, ut Athenæus libro VII. uoluptario sene, non inscite Timon.

πνίκ' ἐχρῆν λιάειν, νιῶ ἄρχεται ἡλιάσθαι.
ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.
In parte occidua iam captat dulcia uitæ.
Tempus habet ſuum amor, tempus connubia læta.
Eſtq; ſuo amborum faciendus tempore finis.

QVI gymnici.) γυμνικοὺς ἀγῶνας Græci dixere, & στεφανίτας, in quibus gloriæ & uirtutis certamen propoſitum eſſet. Demoſthenes πρὸς λεπτίνην, τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τὰς στεφανίτας. ut fuere ludi illi doctiſſimorũ uirorũ monumentis celebrati, Olympiorũ, Pythiorum, Iſthmiorum & Nemeorum, de quibus alibi. Decertabant autem nudi, quod tamen fieri cœptum, non diu ante bellum Peloponeſiacum, ut Thucydides ſcripſit, autore Orſippo Megarenſi: quemadmodum epigramma græcum, quod alibi retulimus, indicat, cuius poſtremi uerſus duo ita ſonant,

Qui cum certarent induti membra priores,
Obtinuit frondem nudus Olympiacam.

PVNCTIS ſingulis.) Ad conſuetudinem ferendorum ſuffragiorum referendum, quæ in tabella punctis deſignarentur, ut ex Planciana intelligi poteſt. de qua prouerbiali figura Horatius dixit,

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Pro Murena: Recordor quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis Serui detraxerint.

IN manibus habebat.) uerſabat, & tractabat. In oculis eſſe, dixit περιβλεπτον.

OMNIA benefacta in luce.) Propterea quod honeſti & recti laus ſemper eſt comes. Itaq; & τὰ καλὰ, quæ nunc benefacta dixit, ἐπαινετὰ ſunt. Hæc igitur non tegi, neq; occuli ſolent. Cõtrà malefacta, id eſt αἰσχρὰ, ſeu κακὰ, ſunt ψευκτὰ, ideoq; tenebras & caliginem amant.

VT eſt captus.) Terentianum, Vt captus eſt ſeruulorum. Itemq;, humanè ferunt: Terentius, Vix tamen humanè patitur.

VT Arionem.) Fabula de Arione nota eſt de primo libro Herodoti. Gellius etiam interpretatur libro XVI. cap. XIX.

VEL equi Pelopis, Neptuni.) Pelopem filiũ Tantali uenisſe è Phrygia in Græciam, & nomen indidiſſe Peloponneſo, nemo ferè ignorat. Hunc amaſſe Neptunũ accepimus: & petenti nuptias Hippodamiæ, cuius procos à ſe uictos curuli certamine pater Oenomaus ſoleret interficere, tradidiſſe

didisse equos alatos, ut & Pindarus cecinit. Quibus & mare transuectus fuit, post abiectum in illud ad Geræstum aurigam Myrtilum, ut significatur in Oreste, πῶλοι ὁπότε πελάγεσι διαλίφρυσι. etsi hoc aliter scio quosdam interpretatos. Esse aũt Neptunum equestre numen, uel de cognomento illius patet. ἵππιος enim dicitur, ut & Pausanias in Achaicis refert, existimatq; ad hunc referendam inuentionem rei & disciplinæ equestris, sicuti & naualis. & adducit uersum, quem antiquus poeta Pamphos fecerit, in quo largitor equorum & nauium appellatur Neptunus. Itaq; & apud Maronem curru super mari inuehitur. et Homerus sic facit ab equis trahi currum, ut axes non madefiant aquis. Sunt autem uersus Iliad. ν'. quos ita uertimus,

Tum super æquoreas currum Deus incitat undas,
Monstra maris circùm exultant emersa profundo
Vndiq;, & agnoscunt uolitantem marmore regem,
Lætus sese aperit pontus, siccumq; iugales
Abripiunt cursu celeres in fluctibus axem.

AD clepsydram.) ἀλλεγωλικὴ elocutio. intelligendumq; Reuertamur, aut persequamur reliqua: sic enim institutam esse disputationem ait. Aliqui reposuerunt, Sic enim duximus. quod & ipsum ἀλλεγωλικὸν fuerit: ut intelligatur, disputandum.

SED tibi uideo non.) Correctiuncula est inuitationis suæ. Cum enim in crastinum adesse iußißet Atticum, nunc subijcit, nihil hoc opus fuiße. ipsum enim Atticum non passurum, ut quæ restarent, sibi deberentur diutius: sed exacturum fuiße promißum, etiamsi ipse differret.

EXPLICATIONVM LIBRI II.
FINIS.

IN TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LIBRVM tertium, Ioachimi Camerarij Explicatio.

QVID'NAM esse.) Proœmium tertij libri, in quo aduersus ægritudinem animi præcepta Cicero collegit, contra errorem hominum et neglectionem potioris partis sui disserit. Potior autem pars animus est: qui, ut corpus, suis quibusdam morbis affligitur, & laborat uitijs. Intelligi autem uult Cicero, etiam huius curandi rationem & præcepta esse, quæ philosophia complectatur. Initium προβληματικὸν in comparatione: Cur altera pars nostri minus curatur? Quia de corpore animus est solicitus, de animo corpus non potest ullam curam suscipere. Ergo relinquitur, ut animus ad se ipse respiciat. sed medicina requiritur in ægrotatione scilicet: tum ergo si peruersum sit iudicium animi, cui mirum hoc esse uideatur?

EIVS'QVE utilitas.) Nã Apollini etiam medicinæ artem, sicut diuinationis, citharæ, sagittarum, attribuêre propriam. Cuius filium perhibent fuisse Aesculapium. sed artes Apollineas Virgilius etiam recensuit in XII.

Ipse suas artes, sua munera, lætus Apollo
Augurium citharam'q; dabat, celeres'q; sagittas.
Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usum'q; medendi
Maluit. —

SVSPECTA & inuisa.) Multitudini enim sapientia non solum parũ grata, sed ut ignota, suspecta, ut cõtraria, inuisa est. Vulgus enim errorib. est obnoxium, & implicitum. hos philosophia eximere studet, & in eo cupiditatibus hominũ aduersatur, id inscitiæ et stultitiæ non placet. νοσοῦντι γὰρ, secundum Platonem, πᾶν ἡδὺ τὸ μὴ ἀντιλῆπτόν, ἰσχυρὸν ἢ καὶ ἴσον, ἀσθενοῦς. Est autem secundum eundem deterior imperitus sapiente, fortis ignauo, infans diserto, hebes ingenioso. Itaq; fieri aliter non potest, quàm ut stulti & improbi oderint & auersentur philosophiam, tanquã refutatricem

φαυλρῷ.

tricem quandam & eleuatricem suorum consiliorum atq; actionum.

QVOD si tales nos.) Occupatio: At enim natura nos ducit ad optima, & maximè expetenda. Verum est, inquit: sed nos sequi non possumus. Atq; nunc tractatur à Cicerone illa quæstio, quæ à ueteribus sapientibus & ipsis agitata fuit, admirantibus hanc animorum à naturæ ipsius iudicio declinationem. Itaq; censuere esse uere dictum, neminem esse sua sponte improbum, neq; contra uoluntatem beatum, quod Aristoteles partim uerum, partim falsum esse ait. Sed de hoc aliàs. Nũc autem Cicero causas colligit, cur externis quibusdam auxilijs opus sit ad hoc, ut naturã optimam ducem sequi possimus. Naturam autem dicit iudiciũ de faciendis & fugiendis commune omnium hominum, quo certe honesta comprobãtur, & dãnantur turpia. Hoc neq; statim illustre est, & in multis obscuratur (non enim planè extinguitur unquam) sed sæpe perturbatur. Vnde igitur? Cicero educationem malam hoc facere docet. Plato duas causas facit: & procreationem prauam, et educationem præposterã. Sic enim in Timæo, ὧν αἰτιατέον μὲν τοὺς φυτεύοντας ἀφ' τῶν φυτευομένων μᾶλλον, ἧττον τοὺς τρέφοντας τῶν τρεφομένων. Sed de hoc, ut aiebam, aliàs. Est enim longior illa quidem, sed studijs nostris non aliena disputatio. Nunc aũt hoc dicit, productos homines esse & procreatos in uitã, ut teneris corporibus, sic etiam mentibus: sed naturalia esse incrementa utriusq; partis: itaq; ut secundum naturam augescens corpus confirmari solet in ætate quæ est τελεία, ita & animus poterat ac debebat crescere, ut ratio perficeretur. ratio autem perfecta est uirtus. Huic rei quæ & quàm multa obstent, Cicero commemorat. Primùm corruptio uitæ, cum neq; audire neq; cernere quicquã liceat, nisi praua & peruersa. Secundò, doctrinæ etiã ipsius, qua maxime ali augeriq; mens deberet, uanitas. Tertiò, populi iudiciũ, quod etiam prudentiores sequi interdum solent. Maxime aũt præstantibus naturis ambitio, id est honorũ cupiditas nocet, humiliores auaritia aut uoluptas aufert.

NATVRAE lumen.) iudicium ueritatis, & illustres sententias de recto honestoq; dixit.

CVM lacte nutricis.) à primis annis pueritiæ. ut νόμων ἐν νέων παίδων ἐν γάλαξι ἔτι τρεφόμενοι.

DEINDE magistris.) Alibi legitur, Id est magistris traditi sumus. quod & ipsum non displicet. Nam post annos pueritiæ, id est septennium, priscis temporibus literis erudiendi pueri tradi magistris solebant. Quod Fabius quidem non probat.

ACCEDVNT etiam poetæ.) Quæsitũ à pluribus est, an poetarum lectio prosit magis quàm noceat. Sed in hoc non immorabimur nunc quidẽ. Satis autem constat, non temere omnium omnia his scripta proponenda pueris. Plutarchus etiam, qua attentione & quo iudicio poemata legenda essent, disseruit. Nihil uero est quod non nocere possit propemodum rerũ omnium, ut et Ouidius docuit eleganti epistola lib. secundo Tristium. Nos igitur de poetis utilia & fructuosa excerpemus, quæ in nullo genere scriptorum plura reperiuntur: uereq; hi & parentes omnis sapientiæ & doctrinæ, & autores humanitatis atq; eruditionis perhibentur.

EST enim gloria.) Discernendam esse docet ueram gloriam à uana. De gloria autem disputauit & in primo et secundo Offic. ibiq; dicit duos libros esse suos de Gloria. Quod autem dixit hanc resonare uirtuti tanquã
» imaginẽ, idem alibi sic: Virtutem, inquit, gloria sequitur ut umbra. nunc enim est usus resonantiæ similitudine, quam ἠχὼ uocant Græci: & Horatius libro primo Carminum, iocosam imaginem.

HIS nullá ne est adh.) Reuertitur ad institutum. Nam cùm ut corporum sanitas, quæ secundum naturam est, læditur, illa laborant & ægrotant, tum medicina quæritur qua restitui pristinæ sanitati possint: Ita & animus prauus & uitiosus cùm laboret non minore cum pernicie hominum quàm corpus, neutiquam est negligendus, sed quærẽda sunt remedia, quibus sanari ille possit.

EST profectò animi medicina.) ψυχῆς νόσους ἰατρὸς λόγος. Hæc certe oratio intelligenda rationis, quæ est philosophiæ. quam omnia uitæ commoda, cum enumerasset multa & eximia, Isocrates inuenisse & constituisse dicit. Hanc magistram esse actionũ, hanc moderatricem consuetudinis hominum mutuæ. Cumq; aduersorũ alia stulticia accersantur, alia necessitate subeũda sint, philosophiam has distinguere ait, ut doceat illa uitãda, hæc æquo animo ferẽda esse. Locus est Isocratis in Panegyrico.

VT enim in Academiam.) Propositum disputationis, id est διάσις, memoratur. hæc enim est quæstio, Vtrum cadat in sapientem ægritudo?

» ΠΑΘΗ appellant.) Idem lib. III. de Finib. his uerbis: Nec uero
» perturbationes animorum, quæ uitam insipientium miseram acerbã reddunt, quas Græci πάθη appellant, poteram ego uerbum ipsum interpre-
» tans morbos appellare, sed non conueniet ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος. Est autem hoc breue quidem ipsum, sed optimum & maxime utile præceptum

ceptum conuersionum, ut non modo quod cui uerbum uerbo respondeat uideamus, sed consideremus quid utriusq; linguæ proprietas admittat. Idem & de figuris orationis statuendum. Quod cum ita sit, quis iam ferat illos qui statim in traductionibus suis, quod proximum uerbum occurrit, de uerbo reddunt: quæq; complexione illorum figura efficitur, temere de uno sermone quopiam in alterum transferunt, nihil etiam cogitãtes quid usus & consuetudo ferat, quidq; respuat? Vt hoc statim loco non dubitarunt πάθος interpretari passionis nomine, nullo autore prorsus. Sed Cicero morbum significare docet, & dici tamen de animi uitiosis affectionibus. itaq; quæsiuit aliud uocabulum, in lingua Latina aptius. In hac parte negligentia magnam caliginem & profundas tenebras inuexit in doctrinam, dum non quid secundũ usum & consuetudinem cuiusq; linguæ rectè & propriè dicatur, laborant interpretes, sed quod in buccam, ut dicitur, uenit, illud proferunt, fingentes & comminiscentes cùm inaudita uocabula sine omni plerunq; etiam ἀναλογίας respectu, tum usurpantes alienas figuras orationis: à qua audacia nostra studia quàm longissime abducemus, & in uiam reuocabimus ueritatis, id est imitationis ueterum autorum.

QVOD à Socrate.) In secundo Alcibiade, siue Platonis, seu (ut quibusdam uisum Athæneus ait lib. XI.) Xenophontis, hæc disseruntur uerbose, hoc quodam modo: Insaniam esse contrariam moderationi, quam σωφροσύνην uocant Græci. cũq; sint aliqui dementes, aliqui prudentes, et præter hos insani homines, itemq; sani quidam, quidã ægroti, omnes inter se diuersi: cũq; aliter fieri nequeat, quin aliquis aut ægrotet, aut nõ ægrotet, similiter prudentem dementem´ue esse quemcunq; necesse sit, nulla enim intercidit tertia affectio: sequitur ex his, quoniã contraria sit insania prudentiæ, neq; intercedat tertia affectio, qua fieri possit ut neq; prudẽs neq; desipiens aliquis reddatur, esse idem dementiam & insaniam. Itaq; qui dixerit omnes dementes insanire, recte dixerit. Sed quia sunt quædã discrimina morborum, neq; enim omnes ægroti podagra affliguntur, aut febri, aut ex oculis laborant, sed alij alijs morbis corripi solent: utq; omne oculorum uitiũ morbus est, non autem contrà omnis morbus oculorum est uitium: utq; omnes cerdones & fabri & statuarij sunt opifices, non autem contrà, omnes opifices sunt cerdones aut fabri aut statuarij: ita & dementia distinguenda uidetur esse, ut quibus plurimum affuerit illius, eos dicamus insanire: quibus modicum, stolidos, aut stupidos, quos ἐμβροντήτους

τας dixere. Sed qui minime maledicis nominibus uti ſtudent, horum alij hos magnanimos, id eſt μεγαλοψύχους, alij εὐήθεις, id eſt ſimplices, alij ἀκάκους, id eſt minime malos, alij ἀφρόνας, id eſt imperitos, alij ἀνοήτους, id eſt ſatuos appellant. Sed & alia plura qui quærere uoluerit nomina reperiet, quæ omnia ſunt dementiæ: ſed diſcrimen eſt id quod et opificiorum inter ſe, & morborum.

QVI enim animus eſt in aliquo morbo.) Aliter Veneti libri. ſed hæc ſcriptura uidetur eſſe bona.

IRACVNDIA ulciſcendi lib.) ὀργὴ τιμωρίας ἐπιθυμία. Ex Laertio.

GRAECI autem μανίαν.) Satis apparet, à uerbo μαίνεσθαι eſſe factam μανίαν, ut à φαίνω φανός, & proprium φανίας. Sed etymologici μανίαν ἀπὸ τῆς μανῆς deducunt, quòd animi hæc ſit raritas et tenuitas: ut prudentia contrà, animi denſitas & collectio. unde & μύδλια πυκνὰ, conſilia denſa Homero, & πυκινὰ φρένες, & πυκινὴ βουλή. Et certe prudentiæ eſt collectio, & complexio, & comprehenſio: deſipientiæ autem, diſſipatio, & diſperſio, & effluxio. Sed quod Cicero hoc etiam loco copiam & proprietatem linguæ Latinæ effert ſupra Græcæ linguæ laudes, condonetur ſtudio fortaſſe nimio celebrandi domeſtica. Nam & μαίνεσθαι illi inſanire dicunt, & furere. ut, μαινόμενε φρένας ἦλε. et, μαίνετο δ' ὡς ὅτ' ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ. Et μαινόμενος, eſt furioſus, νόμων ἰά. Sed & alia apud Græcos uerba furere notãt: ut χολᾶν, φοιβᾶν, λυσσᾶν, βακχεύειν, unde debacchari, σοβᾶν, θύειν, παραφρονῆν, παραπαίειν. Nã quod addidit, non modo atrabili mentem, ſed ſæpe etiam iracundia grauiore, uel timore uel dolore moueri, id (quod pace ſummi uiri, quemq; ego omnium admirari maxime ſoleo, dixerim) leuiculum eſt. Nam illum certe humorem & Ariſtoteles in Problematis ſuis docuit in cauſſa eſſe commotionis animorum uehementioris, in magna quidem uarietate, pro modo & miſtione quadam ſua. Itaq; alios de hoc iracundos, alios formidoloſos, exultabundos, triſtes, furioſos reddi. Non igitur iracundia inſaniæ eſt efficiens ipſa per ſe, neq; dolor, neq; timor, ſed bilis hæ ſunt diuerſæ effectiones, pro cõſtitutione & natura cuiuſq;. ut cauſſa in humore ipſo reperiatur tamen inſaniæ, ut febris in ardore, etſi hunc frigus, pulſatio, defatigatio excitauerit. Sed aliæ etiam cauſſæ ſunt furoris? Sint ſanè. Sed hæc eiuſmodi eſt, ut notata facile fuerit. itaq; peperit nomen, quod communiter uſurparetur de quocunq; furore. Sed concedamus linguam gentis ſuæ omnibus laudibus celebrare, autori & parenti illius, nosq; ad reliqua pergamus. De Athamante

thamante, fabula nota de Fastorum libro sexto. Alcmæona tradunt iussu patris matrem occidisse, à qua ille fuisset proditus: atq; post hanc cædem furore correptum fuisse. acceptoq; oraculo, futurum ut tum demum malo liberaretur, si terrã occupasset, quam non aspexisset sol eo tempore quo matrem ipse suam occidisset, post longos errores uenisse in unam de Acheloi insulis, quæ paulo antè fuisset à fluuio effecta, atq; intellecto oraculo illam incoluisse, & insania liberatum fuisse. De Aiace & Oreste fabulæ sunt notæ ex Sophoclis & Euripidis tragœdijs.

DVODECIM tabul.) Vnde translatũ est de curatoribus dandis furioso, quod etiam nunc in collectaneis iuris extat. Stultitia aũt est hæc, quam ἀφροσύνην uocant. nam μωροὶ, & νωθροὶ, sunt ἀναίσθητοι, id est fatui & tardi & uecordes. Sed haud scio an uehementiorem stultitiam etiam Latini insaniam dixerint. ut Plaut. Menechmis: & Terentius, Ex stultis insanos facit.

MEDIOCRITATEM officiorum.) quod ipse interpretatur. Nam etiam ij qui ingenio sunt hebetiore, et minus acri perspicaciq; animo, possunt tamen si non cum laude, at sine uituperatione uitam communem degere: in re familiari curanda, in conuictu & usu hominum, in coniunctionibus & familiaritatibus tuendis, deniq; omni tempore, loco, quacunq; in re, erga quos suis ita se gerere, ut singulari culpa & reprehensione careant. De sapientis autem insania sic statuerunt Stoici, fieri non posse ut insaniat sapiens. Nam si est idem stultitia & insania, quomodo poterit sapiens esse stultus, id est non sapiens? Sed πάντες ἄφρονες μαίνονται, ergo insania in sapientem non cadit. Id autem potest accidere, ut obijciantur sapienti aliquando species alienæ de atra bili, aut delirio: sed id euenit inuito, & præter naturam. In quo tamen hoc admirabile, si sapientia sit maxime λογική, in qua & θεωρητικὰ & πρακτικὰ omnia uersentur, affirmare posse, permanere hanc in furore & delirio, cum lumen mentis in profundissimis tenebris iacet, & ratio oppressa est, ut neq; θεωρίᾳ neq; πράξει locus relinquatur. Sed si etiam in somno sapiens recte dicitur, etsi contra hoc quoq; afferri quiddam solet, furiosus sanè sapientiæ famam retinere posset. Verum hæc alia est, ut Cicero ait, quæstio.

NON enim silice.) De humana origine ait, etiam sensum humanitatis non improbandum esse. Est autem in fabulis, primos quosdam homines de iactis à Deucalione saxis natos. &, Truncis ac duro robore quandam gentem natam, retulit in VIII Virgilius, apud quem sic Euander,

Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq; tenebant,
Gensq; uirûm truncis & duro robore nata.
Homer. Odyß. τ. similiter humanã originẽ notauit. sic enim ait Penelopę,
οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Nam neq; de prisca quercu es, neq; rupe creatus.
& Plato hac figura prouerbiali usus est πολιτείων ἡ.

NEC ægroto.) In Venetis multo est commodior lectio, quam P. Victorius luculentè comprobasse quoq; uidetur.
» Ne ægrotus sim: sed si fuerim, sensus absit.

TAMEN aliquid.) Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues. & Adelphis: Cum placo, aduersor sedulo, tamen uix humane patitur. ἄνευ προυγεμένα, ut sæpe προηγόμενα μοῖα reperiuntur posita ἀναντιπόδοτα. fibras autem radicum, τὰ ῥιζώματα dixit.

SED de omni animi, ut ego posui, perturbatione: morbo, ut Græci uolunt, explicabo.) Hæc est uera & plana lectio. Cicero enim affectiones animi uitiosas, non morbos ut Græci, sed perturbationes appellat.

MALA consuetud.) Idem & alijs uerbis accidit, ut usu quasi infamarentur. ut hostis pro perduelle, regnum pro dominatione iniusta. Videtur autem & Terentius nominasse confidentem, constantem: Ellum confidens, catus. quod sequentia declarant: Cum faciem uideas, uidetur esse quantiuis preci. Nisi forte hoc dicit, uideri illũ posse alicui constantem & prudentem, sed esse audacem & uersutum. Est autem θαρσῆς, fidere, id est esse animo forti, uel habere animum bonum. Iliad. λ.
θάρσεϊ μιν μάλα πω λειπέσθην λαὸν ἀχαιῶν.
& Theocritus, θαρσῶν χρὴ φίλε βάτραχε.

INFRACTIONEM animi.) Id est debilitatem, & consternationem. secundum hoc,
Turnus ut infractos aduerso marte Latinos
Defeciſſe uidet.

CVM statu est motum.) Veneti, Statim cum est motum. Existimari possit uerum esse, Statu cum est motum. Status autem corporis, intelligenda constitutio & κρᾶσις illius.

VERISIMILE etiam.) Neq; in moderatum cadere ægritudinem, docere uult. longum est autem ὑπέρβατον, usq; illò, Qui sit frugi igitur. Insertæ autem quædam interpretationes sunt nominum, ut constitutis significationi

ficationibus horum, disertius uerba de rebus propositis fieri possint. σώφρονα autem uocarunt moderatum, uerecundum, temperantem. Plato πολιτ. Α. ita definit, σωφροσύνη κόσμος ἐστὶ, καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια. id est: Temperantia decus est, & certarum uoluptatũ atque libidinum continentia. σωφροσύνην etiã de sanitate animi, id est integritate rationis & mentis posuere. ut in Thalia dicitur, ὅτι ὁ καμβύσης ἐσωφρόνησε. id est, desijt insanire.

FRVGALITAS.) Frugalitatem, & frugaliorem, & frugalissimum dici constat, secundum consuetudinem linguæ Latinæ: cum frugalis non reperiatur, teste etiam Quintiliano libro 1. Innocentiam autem Cicero ἀβλάβειαν (id enim certe uerum puto, & si aliquando in alia fui opinione) appellari posse existimat. id enim quæ ipse dicit probant: Esse innocentiam affectionem talem animi, ut nemini noceatur.

LVCII Pisonis.) Qui, ut dicitur in Fonteiana, grauissime fuit accusatus à Graccho. cum esset uir ea uirtute et integritate, ut ijs temporib. quibus nemo nequam reperiretur, ipse solus frugi appellaretur. & alia quædam de hoc ibidem.

QVARTA uirtus.) Cum illa tria genera iusticiæ, prudentiæ & fortitudinis complectatur frugalitas, erit iam nomen hoc suæ etiam cuiusdam uirtutis, ut cum illas tres seu species seu partes significet, suam etiam quandam peculiarem notet. Vt si dicamus, uirtutem omnis quidem honestatis nomen esse generale, sed peculiariter unius formæ illius, id est fortitudinis.

QVOD nec quicquam.) Stoicorum exemplo etymologiam uocabuli, id est originem exquirit. ut et in Officijs fecit, fidem esse quod fiat id quod dictum sit: minus quàm hæc ueri similiter. sed utrumque uocabuli significationem explicat.

QVI sit frugi.) Redit ad propositum, & institutam disputationem prosequitur, docetq; cum temperantia, quæ uirtus est, ægritudinem non posse consistere.

APVD Homerum.) Locus est Iliad. 1.

ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνῳ
μνήσομαι, ὡς μ' ἀσύφηλον ἐν ἀργείοισιν ἔρεξεν
ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

Et docet, similiter ut alijs perturbationibus sapientem uacare ratio uincat, ita ne in ægritudine quidem esse posse.

MALE *latinè uertitur.*)*In Venetis, uidetur. & probatur hoc quibusdam, cum Latini poetæ testimonium hoc sit. Etiamsi autem non possum affirmare, quid Latinus poeta hoc modo uertisse uideatur, non ausim tamen illam priorem & nostrorum librorum scripturam reijcere. Græci autem certe ita,* φθονῶ σοι τόδε τῦ πράγματος. Iliad. Λ.

τάων ὅτι ἐγὼ πρόδ' ἴσαμαι, ὄλλ μεγαίρω.

Nam & hoc significat φθονῶ. *& Herod. Polym.* τὸ, τι ἐυτυχέειν φθονέεσι. *Inuidiam autem esse ait, cum inuidetur. Itaq; & in inuidia esse aliquis, & laborare inuidia dicitur. Etsi & in his ea intelligi potest, quam nominat Cicero inuidentiam. sed ipse ambiguitatis uitandæ gratia Inuidentiam fecit, ut intelligentiam, sapientiam, prouidentiam.*

NAM *qui dolet.*)*Aduersis enim rebus dolemus, eorum quibus bene uolumus, uel saltem quos non odimus, ut alienorum quoq; quos uidemus esse in miserijs. non autem inuidemus nisi fortunatis, qui dolor est è rebus secundis aliorum, iuxta hoc Epicharmeum,*

τυφλὸν ἁλιεὺς ἰδὼν τὶς, ἐφθόνησε δ' οὐδὲ ἕν.

Inuidemus autem bona ijs etiam quos non odimus, & quos in aduersis minime posemus deserere: quod tamen perquàm indignum est libero homine, neq; à cordatis, sed à stultis fieri solet, ut Xenophonteus docet Socrates ἀπομνημονευμάτων *libro tertio. De Callisthene desideratur historia in libris editis Diodori, in Curtio extat. Arrianus etiam retulit orationem illius egregiam, contra assentationes Anaxarchi habitam, libro* IIII. *Idem scribit, in suspicionem uenisse Callisthenem, quod fuisset uel autor uel particeps coniurationis aduersum Alexandrum. Reliquisseq; proditum literis Aristobulum, quod Callisthenes compedibus uinctus, diuq; in expeditionibus circumductus, tandem morbo interierit. Ptolemæum uero, quod excruciatus, suspensus, atq; ita mortuus fuerit. miraturq; eos quibus maxima narrationis fides habenda esse uideatur, quiq; illis temporib. cum Alexãdro fuerint, de rebus notis & exploratis diuersa in literas retulisse. Idẽ Arrianus scribit, fuisse Callisthenem* τὸν τρόπον ὑπαγροικότερον, *id est ingenio duro. fuit enim Olynthius. Idem refert traditum esse, solitum dicere Callisthenem, Alexandrũ et res Alexãdri se habere in potestate suæ descriptionis. Neq; uenisse ad Alexandrum, ut ipse famã sibi acquireret, sed illum ut celebrem apud omnes redderet. Atq; adeò diuinitatem Alexandri non pendere de mendacijs Olympiados, sed de narrationibus suis, pro eo atq; literis mandatas illas ediderit. Quæ sanè, si uere tradita sunt, minimum*

me digna putanda homine docto & philosopho, qualem Callisthenẽ in primis fuisse uolunt. Sed & reprehendit breuiter & argute Callisthenem hoc modo, ut nos conuertimus: Horum ego quæ contumeliam erga Alexandrum, & Callisthenis inhumanitatem continent, ea laudare non possum. « Etenim dignitatem tuentem suam, regias amplificare fortunas quantum « possit, oportere existimo eum qui sua uoluntate regi se adiunxerit. Itaque « non immerito Alexandro inuisum redditum esse Callisthenem statuo, cum « ob intempestiuam orationis libertatem, tum elationem immodicam & « incogitantiam. Hactenus ille. Sed & Aristotelem solitum dicere aiunt, « prudentiam Callistheni defuisse. Cumq; ei nunciaretur quanta libertate erga Alexandrum uti soleret, in illum perquam eleganter Homericum uersum contorsit ex Iliad. ś.

Quid loqueris fili? tibi nunc mors imminet atra.

Sed de his satis. Sodalem autem uocat hunc Theophrasti. fuerunt enim condiscipuli Aristotelis, cuius & propinquum Callisthenem fuisse ferunt, natum filia fratris ipsius, quam nominant Hero.

MEDIOCRITATEM.) Nota est enim sententia Peripateticorum de mediocritate, quam μετριότητα faciunt. In ijs enim, in quibus uel deficientibus uel abundantibus uituperatio & turpitudo esse consueuit, ratione et usu constitutis, ita ut ueluti in medio quodam consistant, laudem & honestatem reperiri docent. Non aũt reliquerunt solum in bono uiro & præstanti uirtute animi commotiones Peripatetici atq; Academici, sed necessarias & utiles esse ad excellentem uirtutem censuerunt. Itaq; planè affirmat Plato, fortem esse posse neminem, qui non idem sit natura iracundus, id est δυμοειδής. Quod improbat & in Officijs Cicero, cum tamen laudet hanc ibi mediocritatis doctrinam. ita enim ait libro primo: Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam seruabit, quæ est « inter nimirum & parum, quæ placet Peripateticis, & recte placet, modo « ne laudarent iracundiam, & dicerent utiliter à natura datam. «

NAM ut corpus.) Secundum Peripateticos uitiosa est hæc similitudo. Non enim est in mediocritate magis morbus. Sed hæc ipsa mediocritas est sanitas, id est honestas. Ita igitur secundum illos rectius diceretur. Vt temperatum mediocritate quadam, sanum esse corpus dicimus: Ita cõsilij & mẽtis bonitas mediocritate omnis continetur. Est aũt temperatio illa in corpore humorum, in animo affectionum. Sed hæc alieniora, ut uidentur, in præsentia omittamus.

VOCANT enim πάθος.)De hoc suprà. Atq; nunc quædam πάθη præclare ægritudinis nomine appellasse Latinos docet, nempe ea in quibus dolores insunt.

DOLORIS igitur huius.)Nunc illam promissam latiorem disputationem orditur. quam ducit ab huius mali caussa & origine, ut hoc ueluti fonte reperto & represso, non possit manare illud longius.

GENERE quatuor partibus.) Partes nunc uocat, quas in dialectica
» species uel formas dixere. Ita & de Inuentione: Genus est, quod partes a-
» liquas amplectitur. pars est, quæ subest generi. Et in primo de Ora-
» tore: Genus est, quod sui similes communione quadam, specie autem diffe-
» rentes duas aut plures complectitur partes. partes autem sunt, quæ gene-
» ribus ijs è quibus emanant, subijciuntur. Sed hoc in Topicis reprehendit, aitq; eum qui formas idem putet quod partes, confundere artem, & similitudine quadam conturbatum, non satis acute quæ sint secernenda distinguere. Id quod & nobis tenendum. Etsi enim subtilitates istæ artium in oratione copiosa & diserta locum non habent, tamen si nihil obstet, accuratis & proprijs uerbis uti semper uelle debemus. Non minus autem recte species & forma Latine nominatur, quàm pars aut membrum. Etsi alterũ uocabulũ propter flexionis incõmoditatem minus probat Cicero.

NAM cum omnis perturbatio.)Laertius ex Zenone ita definit πάθος, ἄλογον κατὰ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησιν, ἢ ὁρμὴν πλεονάζουσαν. Cicero, ut apparet, alios hoc loco, Zenonem uero in quarto libro est interpretatus. Genus igitur erit, commotio peruersa animi, primum opinionis & erroris, uel de bono uel malo. deq; utroq; dupliciter: nempe aut præsente, aut absente. ita quatuor formæ commoti opinione & errore perturbati animi constituuntur, quæ subiectas alias singulæ plures habent, quarum respectu iam genera dicuntur, hoc modo ut Græcis & Latinis nominibus subscripsimus.

- Opinio, δόξα
  - boni, ἀγαθοῦ
    - Præsentis, παρόντος. Lætitia, ἡδονή.
    - Absentis, ἀπόντος. Cupiditas, ἐπιθυμία.
  - mali, κακοῦ
    - Præsentis, παρόντος. Aegritudo, λύπη.
    - Absentis, ἀπόντος. Metus, φόβος.

Ita

Ita fit, cum & boni & mali opinione bifariam concitetur ille motus ἄλογος, ut quatuor perturbationum genera existant. bis enim duo certe quatuor sunt.

TVRBANTVR.) *Turbare dixerũt, ut pulsare.* Plaut. *Quantas res turbo, quantas moueo machinas.* Hoc tamen loco *Turbantur uideri possit ita positum, ut à Virgilio bellantur, & à Cicerone punitur ac puniũtur.*

TETRA.) *fœda & horrenda: ut, tetrum carcerem.* Hæc igitur talis res, *summa contentione fugienda: id quod extulit prouerbiali figura, translata à nauium incitatione.* Virgilius paulo aliter lib. III.

Læuam cuncta cohors remis uentisq; petiuit.

Sed omnis contentio significatur. Nam *cursus nauium uelis & remis omnis perficitur, ut in* IIII. *Vtrum igitur mauis, statim ne nos uela facere, an quasi è portu egredientes paululum remigare. hoc ipse etiam aliter ad Qu. fr. libro 2. Cursu corrigam tarditatem, tum equis tum uelis.*

TANTALO *prognatus.*) *Iouis enim filius Tantalus, iuxta hæc de latina tragœdia,*

Ioue procreatus est, ut perhibent, Tantalus.
Ex Tantalo ortus est Pelops, Pelope satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.

Euripides autem Oreste ita,

Διὸς γεφυκὼς, ὡς λέγουσι, πάνταλος.

Et postea,

ἔστ' φυτεύει πέλοπα, τὸν δ' ἀτρεὺς ἔφυ.

Prognatus autem Thyestes dicitur Tantalo, id est habuisse auum Tantalũ. Sed historia nota est de illa cœna Thyestæ apposita à fratre Atreo, uel ex Senecæ tragœdia. In Cõmentarijs Græcorũ hoc modo exponitur. Pelopis filij fuere Atreus et Thyestes. Atreus aũt fratrẽ ex alia matre Chrysippum, quẽ incredibili amore prosequeretur pater, deiectum in puteum suffocat. Quo cognito, Pelops in exilium ipsum ægit. Sed postea mortuo Pelope reuersus, petit regnum paternum tanquam suum legibus, qui natu esset maior. Sed Thyestes, qui illud occupasset, nolebat fratri cedere. Cõuenit igitur inter ipsos, ut uter protulisset portentum quoddam prior, is potiretur regno paterno. Iis tẽporibus in Atrei ouilib. reperitur agnus aureus. Quẽ cum ut singulare portentũ ostensurus esset Atreus, prodidit hoc, atq; furto agnum sublatũ tradidit Thyestæ uxor Atrei Aerope, corrupta à

Thyesta.

Thyesta. Ita cum protulisset illum aureum agnum Thyestes, regnum obtinuit. Impotens igitur animi Atreus, quod per iniuriam & scelus uxoris amisisset regnum, hanc in mare iussit abijci piscibus pabulum, ut ait Sophocles Aiace. Tres autem filios fratris, Aglaum, Orchomenum, et Caleū, cæsos apposuit epulandos patri, atq; ipsum postea etiam interemit. Quæ solem ferre non potuisse perhibent, & ad tã impium facinus euertisse uultus suos, conuertisseq; sese, ac refugisse ad ortum, neq; perfecisse institutũ cursum diurnum.

FILIVM solis nonne patris ipsius luce indignum putas?) De Aeeta Solis filio & Perseide, ut Hesiod. seu Persa, ut Odysseæ ι'. Oceanina, hæc dicuntur.

PEREDERE humore.) Lacrimis ait genas, id est malas, seu palpebras corruptas esse.

REGNO enim non æquo.) Hoc enim illa aurei uelleris fabula significatum aliqui tradunt, opulentiam regni, uel ipsum regnum potius, ereptũ fuisse Aeetæ, filiæ proditione.

NON liceat liberis.) Id est, ciuibus liberis. Sic enim accipiendum. Estq; tacita insectatio uel principum reipub. temporum suorum, uel peculiariter C. Cæsaris. De Dionysio autem iuniore tyranno Siciliæ, satis nota est historia. Hic fuit superioris, qui seruitute insulam oppresserat, filius, non minus tyrannicus patre, sed multo ignauior. hunc Dion expulit regno, Syracusius & ipse, frater uxoris Dionysij maioris, non quidem (nam duas ille habuit) matris tyranni, quæ Locris gente nomine Doris fuisset, sed Aristomaches Syracusiæ, filiæ Hipparini. Hoc postea à Callippo nefarie interfecto, iterum obtinuit regnũ Dionysius: & iterum amisit, uictus à Timoleonte Corinthio: à quo Corinthum missus, in admirabili mutatione fortunæ reliquum uitæ transegit. Nihil enim uel ingenio uel artificio ullo tale fieri potuisset, quale fortuna in Dionysio tum perfecit. Itaq; paulo antè, ut ait Plutarchus, qui Siciliæ tyrannus fuisset, Corinthi circum cupediarias uersabatur, aut in officinis unguentarijs desidebat, bibebatq; à cauponibus allatum mistum, ut cum mulierculis quæstum forma facientibus rixabatur: tibicinas & fidicinas canere docebat, deq; carminum scenicorum proprietate studiose cum illis disceptabat, quæq; esset recta modorum ratio. Hæc alij in errore animi à Dionysio, qui natura esset ignauus atque dissolutus, fieri arbitrabantur: alij maiorem his illum contemtum quærere, ne Corinthijs in metum aut suspicionem ueniret, quasi mutatione uitæ

tæ grauaretur, et agere aliquid cuperet. itaq; his studijs se dedisse, & contra naturam suam simulatam illam futilitatem ostentare in ocio solitum fuisse. Iocatur autem Cicero, ut uidetur, cum dicit, imperij cupiditate magistrum ludi Dionysium esse uoluisse.

TARQVINIO uero.) Tarquinius Superbus exactus regno, multorumq; auxilijs frustra usus, solicitata etiam ad prodendam urbem iuuentute cum nihil processisset, desperatis tandem rebus Cumas se contulit.

IS cum.) Ad pleonasmos hæc elocutio referenda, ut Nunc iam, & quondam olim. &, Principiò in physicis quibus maximè gloriatur, primum totus est alienus. de Fin. 1.

HABET ardorem.) Comparatio exaggerans ægritudinis malum. Exest, id est conficit exedendo. ut, Exest anxius angor: apud Lucretium. &, Est mollis flamma medullas. Virgil.

EPICVRO placet.) Non quidem negat opinionis esse ægritudinem malum, sed contra rationes Epicuri & Cyrenaicorum, quas improbat, nunc deinceps disputat Cicero, priusquam contra ægritudinem quæ remedia esse censeat, exponat.

EGO cum genui.) Telamonis oratio de Tragœdia, ut ego quidem puto, Latina, quem notũ est patrem Aiacis fuisse. sunt autem uersus τετράμετροι τροχαϊκοὶ καταληκτικοί.

APVD Euripidem.) Hæc transtuliße de Posidonio Ciceronẽ, intelligi potest de ijs quæ Galenus refert libro quarto περὶ τῶν κατ' ἰατρικὴν πλάτωνος δογμάτων. Quæ quia ad horum & intellectum & explicationem plurimum momenti allatura sunt, de illo descripta subiecimus.

καί φησι (ποσειδώνιος) διότι παῦ τὸ ἀμέτρητον καὶ ξένον ἀθρόως προσπίπτον, ἐκπλήττει τε καὶ τῶν παλαιῶν ἐξίστησι κρίσεως, ἀσκηθὲν δὲ καὶ συνεθισθὲν τῇ χρονίᾳ, ἢ ὀλίγ' ὅλως ἐξίστησιν, ὡς κατὰ πάθος κινεῖν, ἢ ὡς μικρὸν νομισθῆ. διόπερ καὶ προγυμνάζειν φησὶ τοῖς πραγμασι, μήποτε παρῶσιν οἷον παρῶσι χρῆσθαι. βούλεται δὲ τὸ προγυμνάζειν ῥῆμα ὑφ' ὡσειδωνίῳ, τὸ οἷον προαναπλάττειν τε καὶ προτυποῦν τὸ πρᾶγμα παρ' ἑαυτῷ, τὸ μέλλον γενήσεσθαι, καὶ ὡς πρὸς ἤδη γιγνόμενον ἐθισμόν τινα ποιεῖσθαι κατὰ βραχύ. διὸ καὶ τὸ τοῦ ἀναξαγόρου παρείληφεν γνῶτε αὖθις. ὡς ἄρα τινὸς ἀναγγείλαντος αὐτῷ τεθνάναι τὸν υἱόν, εὖ μάλα καθεκτικώτως εἶπεν, ἤδη θνητὸν γεννήσας. καὶ

ὡς τοῦτο λαβὼν ἠυριπίδης τὸ νόημα, τὸν θησέα πεποίηκε λέγοντα,

ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν,
εἰς φρονήσεως νοῦν συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προσιθεὶς πάτρης ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ὡς εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζόν ποτε,
μὴ μοι νεαρὸν πρόσωπον μᾶλλον ἁλῶναι.

ὅτω δ' εἰρῆσθαί φησι καὶ τὰ τοιαῦτα,
εἰ μὲν τὸ δ' ἦμαρ πρῶτον ἦν καμοῦντί μοι,
καὶ μὴ μακρᾷ γ' ἐπ' ἄλγεσι πόνων γεγωσόλην,
εἰκὸς σφαλῆναί μ' ἦν ἂν ὡς νεόζυγα
πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως λελεγμένον.
νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι, καὶ κατηρτυκὼς κακῶν
ἔθ' ὅτε * τὰ τοιαῦτα * μακρὸς
χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἐφ' ἡδέσθην κακόν.

È QVORVM *fontibus.*) A philoſophis accæptum ſentit illa, quæ Terentius tam commode dixerit. eſt autem locus, ut notum, in Phormione.

VVLTVS *ſemper idem.*) Celebrata in primis eſt conſtantia Socratis, ſcriptis ueterum. neq; illum quidem triſtem tradunt fuiſſe, quem Græci σκυθρωπὸν nominant, ſed potius ſui ſimilem: quo maxima declarari ſolet æquitas & conſtantia animi, qui in uultu quaſi relucet. M. autem Craſſi ueteris dicit, cum & M. Craſſus ipſius temporibus fuerit, æqualis, ut dicit in Bruto, Hortenſij. ille autem uetus, græco nomine ἀγέλαστος fuit appellatus, ut dicit de Fin. v. Cyrenaici autem appellati, ſectores Ariſtippi Cyrenaici patria: de quo familiæ nomen inditum. Hi & ipſi ſummum bonum uoluptatem eſſe dixere, ſed hanc uoluptatem in motu conſtituêre tantum, cùm Epicurus etiam in quiete illam, id eſt carentia ſeu uacuitate doloris intelligi uoluerit.

OPINIONIS *eſſe, non naturæ.*) Hoc Epicurei ſenſere, ægritudinem re ipſa eſſe malum, & natura ſua moleſtam, non opinione & errore hominum, quamuis hic illud ſibi malum accerſere uideretur. De quo Cicero, aliter ne malum quidem proprie dici, ſed opinionem mali. Sunt autem hæc ſanè exilia, & tenuiora fortaſſe iuſto. Illa quidem quæ natura ſua aliqua

quo modo ſeſe habent, aliter nulla ratione unquam fieri poſſunt: ut ſaxum quamuis ſæpe multumq; ſurſum abiecceris, deorſum tamen refertur. Si autem ægritudinem dies adimit, id eſt dolore illa lenitur, aut non tam lædũt prouiſa, res ipſa in natura non recte ineſſe dicetur.

STVLTAMQVE etiam eſſe.) Huc aſſumi poterunt illa de primo Fin. Stulti malorum memoria torquentur, ſapientes bona præterita renouata grata recordatione delectant. Eſt autem ſitum in nobis, ut & aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus, & ſecunda iucunde ac ſuauiter meminerimus.

CECINIT receptui.) Prouerbiali figura, tranſlata de re militari: id eſt cum reuocauit. Significatur autem illa figura ſermonis, dari ſignum, quo audito milites ſe recipiant, neq; amplius hoſtes inſequantur. Græci, σημαῖνειν τὸ ἀναλυτικὸν.

QVOD uidet nullum malum.) Perperam enim uulgo legitur, iubet. Hac autem ſententia ſæpe eſt uſus, nihil eſſe malum niſi culpam: quam & ſolam præſtandam ſapienti dicit. ut Papirio ſcribens, Nihil eſſe ſapientis præſtare niſi culpam. Et ſic ſcribit Sextio lib. v. Homines ſapientes turpitudine, non caſu, & delicto ſuo, non aliorum iniuria commoueri. & paulo antè: Vt et communem incertumq; caſum, quem neq; uitare quiſquã noſtrûm, neq; præſtare ullo pacto poteſt, ſapienter ferres, &c. Culpam autem eam intelligemus, cuius nomine iure aliquis accuſari poſſe uideatur. id eſt ἁμάρτημα ἴδιον, ſeu malum cuius ſibi aliquis autor ipſe fuit. Itaque ſic Plutarchus in Conſolatione, τὸ γὰρ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν, ὁ μὲν λεληθότως φησίν, ὀλίγου ἐστὶ κέρδος πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ δ' αὖ ἕτοιμι φάρμακον ἐστὶν ἀλυπίας μέγιστον.

TARDA illa quidẽ medicina.) Diem adimere ægritudinem, prouerbio dixere. ut in Heautontim. & χρόνος μαλάξει σε, Alceſtide.

PRINCEPS fortitudo.) Per genera uirtutum conſolationem aduerſus ægritudinem deducit.

CVM & alienum ap.) Et egregia ſententia in epiſtola eſt ad Torquat. lib. VI. Nec debes tu cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam poſtulare, aut communem recuſare. Huc illa pertinent de Plutarchi conſolatione, ὀ γὰρ μόνον, ὡς φησιν ὁ Ευριπίδης, τὰ χρήματα ὀκ ἴδια κέκτηνται βροτοί, ἀλλ' ἁπλῶς τῶν ἀνθρωπίνων ὀδέν. διὸ καὶ ὧν πάντων λέγειν χρὴ,

πὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ὧν μελόμεθα.
ὅταν δὲ χρήζωσ' αὖτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.
οὐ δεῖ οὖν λυσφορεῖν, εἰ ἃ ἔχρηζεν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον, ταῦτα ἀπαιτοῖ, &c.

VTENDVM acceperis.) ad uſum. id eſt, quo aliquantiſper uti liceret: ut uaſa ſolent, et ſimilia. Plaut. Mil. Nam quidem ego meos oculos habeo, neq; rogo utendos foris.

VIRTVTE ſe eſſe contentam.) Id eſt, τῷ καλῷ, honeſtate, laude, decore, &c.

ILLE Græculus.) Victorius annotauit, agricolus, hoc loco ſe in priſcis libris reperiſſe. ac ſuſpicatur, etſi dubitanter ille quidem, ἀπρόχολος legendum. Sed liceat & nobis ſuſpicari, ſi illa ſcriptura mutanda ſit, potius legendum, apriculus: quòd & ſeni, & Epicureo, & hortorum incolæ certe conueniat.

TELAMO ille.) Sic enim ſcribendum, ut numeri conſtent uerſus τετραμέτρου τροχαϊκοῦ καταληκτικοῦ. Illud autem, quod felicitatẽ exaggerat, habere non caſu, ſed ingenio partas opes, in Venetis libris non extat: & antiquitatem certe tamen reſipit, ut equidem inducere non auſim. Cum autem Epicurus non ſolum ἡδονὴν Cyrenaicorum, quæ iucundo motu ſenſuum perficeretur, pro ſummo bono conſtituerit, ſed uacuitatẽ quoque doloris Democriteam, quam hic Ionico uocabulo ἀοχλησίαν, ipſe Epicurus ἀοταραξίαν appellauit, de hoc Cicero contendit, rectéq; factum negat. quod copioſius diſſeritur in 2. Finium.

OS perfricuiſti.) Figura prouerbiali, ut & frontem perfricare. ſignificat autem impudentiam. Quæ autem ſequuntur, interpretatus eſt Cicero de libro Epicuri, qui græce inſcribitur περὶ τέλους. Græca uerba referuntur ab Athenæo lib. ζ. & ιβ'.

ἐν τῷ περὶ τέλους φησίν· ὁ γὰρ ἔγωγε λαμβάνω νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς ἁπαντ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Addit Athenæus, καὶ μητρόδωρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς φησίν· ὦ φυσιολόγε Δημόκριτες, περὶ γαστέρα ὁ δικαιὰ φύσιν βαδίζων λόγος, τὴν ἄπασαν ἔχει ἀσχολίαν. ἐπίκουρος δέ φησιν, ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή, καὶ τὰ σοφὰ καὶ τὰ παιδικὰ ὧν ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν. καὶ

καὶ ὃς πολὺ τέλος πάλιν φησί, τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰ φιλοτέκνα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ. ἐὰν δὲ μὴ παρασκευάζῃ, χαίρειν ἐατέον. καὶ ἄλλοις δέ φησι, προσπαίζω τῷ καλῷ, καὶ τοῖς λιχνῶσι αὐτῷ θαυμάζουσιν, ὅταν μυδλεμίαν ἡδονὴν ποιῇ.

AYAΩN hortabere.) ὑδραύλεως Veneti. de hoc autem organo Athenæus libro IIII. copiose disserit, dicitq; illius sonum esse ualde suauem & iucundum: inuentoremq; huius Ctesibium, tonsorem Alexandrinum.

SI ucro aliquid etiam.) Ita Veneti libri. quæ mihi lectio propter ἀποσιώπησιν honestam probatur: præsertim cum ita aiat lib. II. de Fin. Ea autem ita persequitur, quæ palato percipiantur, quæ auribus. Cætera addit, quæ si appelles, honos præfandus sit. cum ille tantum uoluptates δι' ἀφροδισίων dixerit. Accipenserem autem in conuiuijs quondam Romæ ad tibias, & cum coronis inferri solitum, scribit Athenæus libro VII. et alios γαλεὸν hunc esse piscem, alios ἀλλοῖα perhibere.

POL mihi fortuna.) Locus de tragœdia, atq; hæc sanè ad Telamona referamus, de cuius exilio suprà dictum. Tradunt autem hunc fratre Phoco, de alia matre, interfecto, in exilium pulsum fuisse.

EX altera parte.) De alia fabula eiusdem poetæ hæc transtulit. & uersus de Andromacha, sunt de fabula Latina, ut Cicero ipse mox innuit, Ennij quidem, ut apparet.

CEDRVM incendamus.) Hedychrum reposuit Victorius, sine quidem caussa, ut opinor. Nam quis cedrum odoratam, et θυμιαματικὴν esse ignorat? Itaq; & Virgilius libro VII.

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. Et Odyss. ε'.

— τηλόσε δ' ὀδμὴ
λίσσου τ' ὀλυκάρπου θύου τ' αὐὰ νῆσον ὀδώδει.

Hedychrum autem σπυρασία quædam est rotularum, seu orbiculorum medicorum, quam illi appellant σπυρασίαν ἡδυχρόν, quod eleganti & iucundo colore esset. Etsi autem aromatica, id est odorata multa ad hanc capi præcipiuntur, inter ea tamen quæ urantur ad odores non refertur. Quare cedrum retineamus. nam haud etiam scio, an non tam antiquum hoc uocabulum ἡδυχρόν sit, ut Cicero usus illo esse uideatur.

AT idē ait nō crescere.) λυρίαις δόξαις ἐπιτραύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκὶ ἐπιφλὰν ἅπαν τὸ κατ' ἐνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται.

LEGEM *frumentariam*.) *In qua fuit, ut populo frumentum daretur ſemiſſe ac triente. modium autem hoc precio datum intelligendum, quem aſſe in caritate annonæ datum à* M. *Scio, laudat* Cicero Offic. II.

NEGAT Epicurus.) De Fin. lib. primo: Clamat Epicurus, is quem uos
» nimis uoluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucunde uiui, niſi ſapi-
» enter, honeſte iuſteq; uiuatur: nec ſapienter, honeſte, iuſte, niſi iucunde.
Epicurus μενοικεῖ. τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις, διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις. ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πεφύκασιν ἀρεταὶ, διδάσκουσαι ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως. συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τοῦ ζῆν ἡδέως, καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἔστιν ἀχώριστον. Item λυπείας πόρας, ὅπου ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, &c. Ibidem, Βραχέα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ λυπηρότατα ὁ λογισμὸς διοικεῖ. Item μενοικεῖ, τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν ὑπόστασιν ὅτι, τὸ δὲ κενὸν ἀνυπόστατον. οἵτε λιτοὶ χυλοὶ ἴσως πολυτελεῖ διαίτῃ τῇ ἡδονῇ παραφέρουσιν. Refertur & hæc inter ſententias Epicuri, ἂν σφαλῶσι τὸν σοφὸν, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα.

ACTVM *habiturum*.) *Figura prouerbiali dixit, ſe approbaturũ quod ægerint: id eſt non reſciſſurum, neq; facturum irritum. De diſſenſione aũt Catonis & Lentuli, minus nota mihi quidem, & ut uideo alijs, Scipionis Naſicæ, notior eſt hiſtoria. Vicinorum autem illos fidem implorare, & ipſum παροιμιῶδες. quaſi grauis res & magnum periculum impendeat, capitis ac fortunarum. ut ille in Comœdia, uapulans popularium opem implorat.*

IN *ſinu gaudeant*.) Tibul. lib. IIII.

Nil opus inuidia eſt, procul abſit gloria uulgi:
Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu. Propert. lib. II.
Tu tamen interea, quamuis te diliget illa,
In tacito cohibe gaudia clauſſa ſinu.

Significatur autem occultatio. Vnde & inſinuare, per abſtruſa & latenter penetrare atq; immittere.

VT *eos Argiuos*.) *Ita dicit patriæ oblitos fuiſſe, & quaſi degeneraſſe in aliam gentem, ut Corinthios eſſe nemo poſſet intelligere. Parietinæ aũt,*

id

id est reliquiæ quædam parietum, quales apparent post ruinas & subuersiones & in uastitate, recte emendatur à Victorio. *Callum autem uetustatis dixit, longi temporis ueluti* ἀναισθησίαν. *non sentiunt enim, quæ occalluere.* Cicero Att. lib. 2. *Sed iam prorsus occallui. Sed* Clitomachus, *quem* « *patrio nomine appellatum tradunt* Hasdrubalem, Carthaginiensis, *auditor fuit* Carneadis, *ad quem (ut scribit* Laertius) *se contulit natus annos* XL. *imperitus literarum, & Græcæ linguæ: sed tantum perfecit assiduitate & labore studij, ut & ultra quadringentos libros conscriberet, & succederet in principatu sectæ magistro* Carneadi.

POTENTISSIMI *regis anapæsticum.*) *Versus sunt in* Iphigenia Aulidensi,

— ζηλῶ σε γέρον,
ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
βίον διεπέρασ' ἀγνὼς, ἀπλεής,
τὸς δ' ἐν τιμαῖς ἦσαν ζηλῶ.

EVRIPIDEVM *carmen.*) *Exponuntur uersus in consolatione ad* Apollonium,

ἔφυ μὲν ὀλεῖς, ὅσις ὀ πονεῖ βροτῶν,
καὶ θαλπὰς τέκνα, χἄτερ' ἀῢ κἄταυ νέας,
αὐτός τε θνήσεις, κἠ τάδ' ἄχθονται βροτοί
εἰς γῆν φέροντες, τῶνδ' ἀναγκαίως ἔχει
βίον διελθεῖν, ὥστε μὰ πίμπρασάχω.
καὶ τὸν μὲν εἶν, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
σένδειν, ἄπορ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπορᾶν;
δόξαν γὰρ ὀδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

De his tres postremi à Cicerone redditi non sunt. Contra autem necessitatem cùm alia dici solent, tum memorari & Eueni uersus, quem alicubi refert Aristoteles *quoq;,*

τῶν γὰρ ἀναγκαίων χρῆμ' ἀνίκητόν ἔφυ.

Legitur autem inter Theognidis *sententias.*

ΛΥΠΗΝ *quasi solutionem.*) *Tanquam* λύσιν τινὰ τοῦ ἀνθρώπου. *notum enim, audaces admodum fuisse in originib. uocabulorũ referendis Stoicos.*

AGAMEMNON Homericus.) *Iliad.* ι'.

αὐτὰρ ὅτ' ἐς νῆας τε καὶ Ἑλλησπόντου ἵκωμι,
πολλὰς ἐκ κεφαλῆς πεφυλιγμένος ἔλκετο χαίτας.

ὑπὸ

ὑψόθ' ἐόντι Διΐ, μέγα δ' ἔσσενε κυδαλιμόθυμος.
Aſt ubi conuerſo naues & Achaica caſtra
Lumine reſpexit, crines de uertice uulſos
Suſtulit ante Iouem crebros. dolor anxius intus
Excitat immenſos gemitus è pectore forti.

Bionem autem dicit, ut apparet, Boriſthenitem quidem illum patria, ſed Athenis φιλοσοφήσαντα, *cum audiſſet et alios & Theophraſtum, tentatiſq; ſectis alijs quoq; Academaicam maximè ſequeretur.*

AESCHINES *in Demoſthenem.*) *Inſignis locus in accuſatione Aeſchinis, quem Græcum & à nobis Latinè factum ſubiecimus.*

οὗτος γάρ, ὦ ἀθηναῖοι, τηλικοῦτος τὸ μέγεθος κόλαξ, πρῶτος δὲ τῷ καταστόματι τῷ παρὰ χαιρώνεια τυθόμενος τοῦ Φιλίππου τελευτοῦ, τῷ μὲν θεῶν συμπλάσας ἑαυτῷ γνώμιον κατεψεύσατο, ὡς ὁ παρὰ χαιρώνειαν τὸ πρᾶγμα πεπυσμένος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Διός, καὶ δι' ἀθηνᾶς, ὃς μεθ' ἡμέραν ἐπιορκῶν, νύκτωρ φησὶν ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προλέγειν. ἑβδόμῃ δὲ ἡμέραν δι' θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας πρὶν πυθέσθαι, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐνδὺς ἐσθῆτα λαβὼν ἐσφαγμένα, καὶ παρανόμως, τοῦ μόνου ὁ Δέλφιος καὶ πρώτου αὐτὸν πατέρα προσειπεῖν ἀπολέσας. καὶ ὁ μὲν δυσύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω. ὁ γὰρ μισότεκνος, καὶ πατὴρ πονηρός, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστός. οὐδ' ὁ τὰ φίλτατα τῶν οἰκειοτάτων σώματα μὴ σέργων, οὐδέποτε ὑμᾶς πολὺ πλείονος ποιήσεται οὐδ' ἀλλοτρίους. οὐδέ γε ὁ ἰδίαν πονηρός, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. οὐδ' ὅστις ὄνειρον οἶνοι φαῦλος, οὐδέποτ' ἂν γένοιτο μακεδονίας ἢ τοῦ πρεσβείαν καλὸς κἀγαθός. οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξε.

Atq; iſtein tanta, ô Atheniẽſes, magnitudine aſſẽtationis, primus per Charidemi exploratores de morte Philippi certior redditus, Deos ipſos ſomnio confiẽto mendacio polluit: quaſi non è Charidemo rem illam reſciuiſſet, ſed è Ioue & Minerua. Quos cum interdiu periurijs uiolet, noctu ait ſecum colloqui, et prædicere quæ futura ſint. Poſt mortem autem filiæ die ſeptimo, nondũ luctu finito, neq; iuſtis factis, coronã ſumſit, & ueſtem albam induit, et hoſtias immolauit, contra mores et leges, cũ amiſiſſet illam,

inſe-

infelix iste, unicam, & à qua primum pater appellatus fuisset. Neq; ego infortunium exprobro, sed in istius mores inquiro. Non autem certe sperandum, magistratum populi bonum futurum, cum qui pater sit improbus, & osor liberûm suorum. Isq; qui domestica coniunctione proximos sibi parum diligit, nunquam pluris uos, alienos scilicet, facturus: neq; profecto ille in re priuata homo nihili, boni & laudabilis cuiuis munere in Macedonica legatione functus est. Locum enim solummodo mutarat, non etiam morem.

QVI *miser in campis.*) Iliad. ϛ.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ λιάκειν ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι,
ἦτοι ὁ λιαπτερλίον τὸ ἀλήϊον οἶο ἀλᾶται,
ὃν θυμὸν λιατέρλων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hæc ad melancholicam tristitiam retulit Aristoteles, Problemat. De quo & antè dictum. De Niobe locus extat Iliad. ω. *Sed & hac de fabula alibi copiosè disseruimus.* Hecubam autem, *cum obtigisset sorte* Vlyßi, *mutatã in canem ferunt, & de hoc nomen factum loco* λιωὸς σῆμα *in* Thracia, *ubi illa saxis obruta fuerit, ut &* Metamorph. XIII. *dicitur.* Hoc ille in Menæchmis interpretatur:

Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem
Græci esse prædicabant? Non equidem scio.
Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.
Omnia mala ingerebat, quenq; aspexerat,
Itaq; adeò iure cœpta appellari canis.

Sed λιωὸς σῆμα *in* Sigæo *aliqui collocarunt. et* Euripid. *quidem* τρωάσι, *in* Troade *mortuam* Hecubam *innuit, quæ tamen in* Thracia *apud eundem sepelit* Polydorum.

APVD Ennium.) *Versus translati de* Medea Euripidis.

ὦ δῖ᾽ ἡμερο μὴ ὑπῆλθε γῆ τε λιοὐρανῷ
λέξαι μολόσα πλόῤῥο μηδείας τύχας.

Est autem secundus uersus Latinis numeris *imperfectus, ac suspicor de* Græco *legendum hoc modo,*

Cœlo atq; terræ Medeæ miseras uices.

Sed de hoc cuiq; liberum iudicium esto. omnes autem, ut spero, libenter ignoscent coniecturæ nostræ, & non improbæ, & non nimis alienæ.

VT *apud Homerum.*) Locus est Iliad. τ.

λίην γὰρ πολλοὶ κἀπήτριμοι ἥματα πάντα
πίπτουσιν, πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο.
ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν λαταθεῖν, ὅς κε θάνησι
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι λαοσσόωντας.

CONCIDENTEM *uulneribus Pompeium.*) De nece Pompeij breuiter hæc dicuntur in III. Comm. Cæſ. belli ciuilis. Ipſi clam conſilio inito Achillam præfectum regium, ſingulari hominem audacia, & L. Septimiũ Trib. milit. ad interficiendum Pompeium miſerunt. ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadã notitia Septimij productus, quòd bello prædonum apud eum ordinem duxerat, nauiculam paruulam conſcendit cum paucis ſuis, & ibi ab Achilla & Septimio interficitur.

SI *mihi nunc triſtis.*) Græcos uerſus ex Galeno deſcriptos ſuprà retulimus,

εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ ἦν πρῶτον, &c.

Q. MAXIMVS.) Hunc patientiſſimo animo mortẽ filij tuliſſe, & eũ laudaſſe, Cicero in Catone ſcripſit. Sed & de Pauli Aemilij duobus filijs ſeptem diebus mortuis, deq; adoleſcentis Catonis immatura morte, notæ ſunt hiſtoriæ.

NATVRA *affert dolorem.*) De hoc ex ſententia Peripateticorum ita Plutarchus in Conſol. ad Appollonium. quæ aſcribere placuit, cũ & ad ſuperiora quædã & ſequentia quoq; nonnihil lucis uiderẽtur allatura eſſe.

Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ λάκνασθαι τελευτήσαντος υἱοῦ, φυσικὸν ἔχει τὸν ἀρχαῖον ἅλωτον. καὶ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν. ὁ γάρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὸν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ ἀνωφελοῦς καὶ τοῦ συμφέροντος ὄσαν. ἀφαιρήσεται γὰρ ἡμῶν αὐτὴ τὸν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν πόνον, ἣν παντὸς μᾶλλον διασώζειν ἀναγκαῖον. τὸ δὲ παρὰ τὸ μέτρον παρενφέρεσθαι καὶ συναύξειν τὰ πάθη, παρὰ φύσιν εἶναί φημι, καὶ ὑπὸ τῆς γὺ ἡμῶν φαύλης γίνεσθαι δόξης. διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν εἰ φαῦλον, καὶ ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον. τὸν δὲ μετριοπάθειαν, δὴ ἀπρόσκοπον. μὴ γὰρ νοσοῦμεν, φησὶν ὁ ἀνακρεόντειος ἑαυτῷ. νοσήσασι δ' ἡδεῖα τὶς αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι ἢ μετρίως, εἴτ' ἀπροσκόπως. τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο, δὴ πάνυ μεγάλως ἐγγίνεται μισθὸν τῷ ἀνθρωπίνῳ. τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς

ἐκεῖ

ἐκεῖ μ᾽ σῶμα δισὸν, ψυχὴ ταῦθα ἢ ψυχὴ ὠ. ὅτ᾽ ἂν ἀπαθὴς ὦν τ δισὸ τῶν συμφορῶν ὁ λόγος ἀξιοῖ γίνεσθ τὸς εὖ φρονοῦντας, ὅτε δυσπαθεῖς. τὸ μὲν γὰρ ἄτεγκτον ⸗ θηριῶδες, τὸ δ᾽ ἐκλελυμένον καὶ γυναικοπρεπές. Horũ hic quidã ſenſus eſt. Dolere igitur, et morſum quendam ſentire ob filij mortem, id & originem doloris in natura habet, neq; in noſtra eſt poteſtate. Non aſſentior enim illis agreſtis & duræ indolentiæ laudatoribus, quam præſtare neq; penes nos, neq; utile eſt. Nã auferret iſtã mutui amoris beneuolentiam, quam præ omnibus conſeruare neceſſe eſt. Verum ultra modum efferri in luctu, & hunc augere nos ipſos, id aio contra naturã eſſe, deq; praua opïnione noſtra exiſtere. Quare hoc omittemus tanquam detrimentoſum & prauum, & minime decorum doctis uiris. Medocritas autem quædam perturbationum improbanda non eſt. Ne ægroti enim ſimus, inquit Academaicus Crantor: ſi autem fuerimus, ſenſus aßit, ſiue quid ſecetur, ſiue auellatur à nobis. Nam iſtud nihil dolere, non ſine magna mercede contingit. Par enim eſt, ut efferetur ibi quidem corpus, hic uero animus. Vincit igitur ratio in talibus caſibus ſapientes, neq; ſine dolore, neq; in nimio dolore eſſe oportere: quorũ alterum immane & ferum ſit, alterum diſſolutum & effœminatum.

AEQVE ac noſmetipſos.) Secundum quod humaniſſima ſententia Tibullus alicubi dicit, ſe cupere ſi liceat proprios annos cum quadam contribuere, non ut uulgus pro illa etiam ſe emori uelle. Quod & noſter Cicero alicubi, pro Pompeio ſe emori poſſe.

MEDIOCRITATES.) μετριοπαθείας. De Mauſoleo, id eſt ſepulcro Mauſoli regis Cariæ, quod inter mirabilia opera quæ in toto orbe extarent, numeratum fuit, Plinius lib. XXVI capite V.

PROMETHEVS ille Aeſchyli.) Verſus προμηθεῦ δεσμώτ. cui ſic Oceanus,

ἄκαν πρόμηθεῦ τῦτο γινώσκεις; ὅλῳ
ὀργῆς νοσοῦσις εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

Reſpondet Prometheus,

ἐαὐ τις ᾖ λαιρῷ γε μαλθάσσῃ λέαρ,
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Legendum autem in uerſibus latinis, Rationem. &, manã.

CVM Socrates Alcibiadi.) In Sympoſio Plato introducit Alcibiadem hæc referentem. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες, ἂν μὲ ἔμελλον πομεῖσθ δόξειν

μεθύειν, εἶπον ὁμόσας ἂν ὑμῖν, οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τότε λόγων, καὶ πάσχω ἔτι καὶ νῦν. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν θορυβαντιώντων ἥρτε καρδία πηδᾷ, καὶ δάκρυα ἐκχέεται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τότε. ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς τὰ αὐτὰ πάσχοντας. περικλέους δὲ ἀκούων, καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων, εὖ μὰ τὸν γόμιον λέγειν. φιδύην δὲ τὸν δεῖνα ἔπαθον, τὸν δὲ ἐτεθορύβητό μου ἡ ψυχή, τὸν δ' ἀγανακτοῦντα οὐδραποδώδως διακεῖσθαι μοὐδέν. ἀλλ' ὑπὸ σοῦ τοῦ Μαρσύου πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην, ὥστε μοι δόξαι μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω. Ego certe nisi nollẽ nimis ebrius apud uos uideri, iureiurando affirmarem, referẽs quæ mihi ab istius sermonibus accidere, quæq; nunc etiam sentio. Cum enim audio, cor meum subsilit uehementius quàm istis furiosis solet, & lacrimas exprimũt huius sermones. Atq; idem accidere & alijs plurimis uideo. Periclem uero & alios oratores cum audio, præclare mihi dicere illi quidem uidentur, sed horũ nihil usu uenit: neq; perturbatur animus, neq; indignatur, quod à mancipio nihil differre uidear. Sed iste Marsyas ita me sæpe commouit, ut existimarem me uiuere non posse, nisi aliter fierem.

QVID illa Lyconis?) Lycon Peripateticus Stratonis successor, perfe stiuus & elegans in dicendo, in scriptis minus laudatus. hunc & Glycona dixere, propter suauitatem sermonis. Cuius hoc est præclarum dictũ, Puerili ætati additam uerecundiam & laudis cupiditatem à natura, ut equis adhiberentur frena & calcaria.

NON tibi hoc soli.) Vt Euripideum hoc,

γίνωσκε τ' ἀνθρώπους, μὴ σὸν ὑπερμέτρως
ἄλγος, καποῖς γὰρ ὁ σὺ πρόσπεσες μόνη.

Et Alcestide,

ἄλυτ' ἀνάγκη, τὰς δὲ συμφορὰς φέρειν.
ὁ γάρ τις πρῶτος, ὁ δὲ λοίδιος βροτῶν,
γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακεν. —

Sed & Homerica Dione sic consolatur sauciam filiam, ut doceat etiam alios deos antè ab hominib. afflictos fuisse.

τέτλαθι, inquit, τέκνον ἐμὸν καὶ ἀνάσχεο, λυγρὸν ἀχεύων·
πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἐξ ἀνδρῶν χαλεπὰ ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες.

Eodem

EODEM *statu.*) In Topicis interpretatur Cicero στάσιν, *statum.* Hic est locus in cauſſa, & quaſi caput ambigui & controuerſiæ. Cauſam ambigui etiam, in de Oratore II appellauit. Et genera expoſuit tria, Facti, Iuris, Verbi. De ſtatu multa Quintilianus. Sed Cicero rem dilucide cum in Topicis, tum in libro de Oratore ſecundo explicauit. Satis autem appareret, eſſe nomen translatum à congreſſibus pugnantium. quibus de loco primum certamen ſolere eſſe ſcimus, cui inſiſtentes & ſe defendere, & aduerſarium affligere rectius poſſint, quem etiam aſſignatũ tenere debeant. Ita eſt uſus uocabulo hoc Aeſchines in accuſatione Cteſiphontis, quem locũ Fabius citat, & nos ſubſcripſimus. ὥσπερ ἐν γὰρ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ὁρᾶτε τοὺς πύκτας περὶ τῆς στάσεως πρὸς ἀλλήλους διαγωνιζομένους, ὅτῳ καὶ ὑμεῖς ὅλῳ τῷ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ περὶ τῆς πόλεως καὶ περὶ τῆς τάξεως αὐτῶν τοῦ λόγου μαχεσθε, καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν ἔξω τοῦ παρανόμου λόγους προΐεσθαι, ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάσει εἰσελάσατε αὐτὸν εἰς οὗτοι τὸ πρᾶγμα λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε. Horũ hic eſt ſenſus. Atq; ut in certaminibus gymnicis pugiles uidetis de ſtatu inter ſe dimicare, ita uos quoq; diem totũ & pugnate cum iſto pro ciuitate de orationis ordine, nec ſinite uobis extra illud quod contra leges perſcriptum eſſe accuſatur, alios ſermones hunc circundare, ſed in aſſiduitate, & obſeruatione audiendi, & compellite eum ad uerba facienda de re propoſita, nec effugiat aliò nos erumpens oratio ipſius. Quod autẽ Cicero ait, ſtatum accommodari ad tempus & perſonam quoq;, minus liquet quo intellectu dixerit. Niſi quod omnino plurimum ad omnem defenſionem momenti in temporibus & perſonis quoq; poſitũ eſſe conſtat. ſtatus enim certe ad controuerſiæ naturam omnis exquiritur.

ETSI *ſingularum rerum.*) Verba minus apte uidentur cohærere. Et ſuſpicor ſcripturam hoc loco deprauatam eſſe, ac forte legendum, Si quid extitit, & ſingularum rerum, &c. uel, Etiam ſingularum.

QVID *autem præclarum.*) Notum prouerbium, χαλεπὰ τὰ καλά. Itemq;, δύσκολα τὰ καλά. Et uirtutis uiam arduam proponere Heſiodum, cum ait, μακρὸς δὴ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.

EXPLICATIONVM LIBRI III.
FINIS.

IN TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LIBRVM quartum, Ioachimi Camerarij Explicatio.

HOC libro de animi perturbationibus, quæ, ut ſæpe iam auditum eſt, Græci πάθη uocant, diſputatur promiſcuè: uultq; hoc oſtendere Cicero, in ſapientem nullam harum cadere. Atq; hæc primum tractat exilius & conciſius, interpretans planè Stoicorum argutas et ſubtiles definitiones, de quibus illi concludere ſolerent, ſapientem expertem eſſe perturbationum, quaſi ſine motu ſemper quietum ac tranquillum. Poſtea de iiſdem diſſerit copioſius, in Stoicorum placitis quaſi ῥητορεύμενος, quæ pars eſt ornatior & plenior. Nam illa priora, tanquam medicorum ἀνατομικὴ πραγματέα, in ſingularum perturbationum nomenclatura & deſcriptione ſplendorem expoſitionis habere non potuerunt. In Proœmio de philoſophiæ ſtudijs diſſerit, & hoc docere uult, non mirandum hanc etiam eruditionem doctrinæ à Romanis nõ neglectam eſſe, qui alijs rebus omnibus facile præſtarent uniuerſis, præſertim cum ſapientiæ ſtudium perantiquum ipſis eßet. Ac tacite ueluti patrocinatur ſtudijs philoſophicis, quorum cultum & ſplendorem, cum à Græcis hæc accepißẽt Romani, etiam illuſtriorem redditum eſſe aſſerit: qui quidem priſcis temporibus ſi non ſpecioſe uerbis, at utiliter uita philoſophati ſemper fuißẽt. Audiebat enim Græcarum artium, nam ſic appellabantur præcepta doctrinæ, & philoſophia à quibuſdam durioris ingenij & bellatoribus, nõ optime. Itaq; hanc Cicero defendere coactus fuit, ne ipſe qui tractaret & explicaret, merito reprehendi uituperariq; poſſet.

QVAE ſero.) Ea dicit quæ paulo pòſt ueræ elegantisq; philoſophiæ nomine indicat, ductæ (ut ait) à Socrate.

REGIIS inſtitutis.) De his Liuius primo libro Hiſtoriarum ſuarum retulit. nam & ſub regibus prouocationis ad populum ius fuit: ut uel de hiſtoria trigemini Horatij apparet. Diuinitus autem omnia illa conſtituta fuiſſe ait, id eſt θείως, quo bonitatis quædam excellentia ſignificari ſolet, Itaq; & Græci interpretantur θῆον, eſſe interdum δαιμονιὸν. Plato in Menone

in Menone prouerbiũ fuisse, id est sermone uulgi tritũ, ostẽdit, boni in laude ut diuini apellarentur. Sic enim ait, ἦ οὐ γυναῖκες λήπτε, ὦ μῆνων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θείους καλοῦσι. καὶ οἱ λάκωνες ὅταν λίαν ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖον αὐτὸν φασιν εἶναι. Etiã mulieres ut scis Meno, bonos uiros appellant diuinos. Et Lacones, cum celebrare uirum aliquem bonum laudibus uolunt, Diuinus aiunt uir iste.

DOMINATV regio.) Sic & Herodotus τυραννίδα, scribit Athenienses liberatos tyrannide (hunc enim Cicero dicit regium dominatũ) maximas progressiones ad uirtutem & laudem fecisse, quamuis antè quoq; potentem ciuitatem. Atq; esse putat modis omnibus manifestum, præclaram esse rem administrationem æquabilem: cum Athenienses, quantisper sub tyrannis fuêre, nulli uicinæ ciuitati uirtute præstiterint: tyrannis autem liberati, facile antecelluerunt uniuersis.

STVDIA doctrinæ.) Ea dixit, quæ Græci philosophiæ. Nõ enim hoc nomen subtiles & tenues modo commentationes de natura & caussis, & nescio quas aliarum rerum minutas exquisitiones & obscuram sapientiã significat, sed rationis & mentis explicatam facultatem, in studio, tractatione, usuq; & cultu artium bonarum: quas & humanitatis, & ingenuas ac liberales appellant. Vt apud Isocratem cùm alibi, tum in fine περὶ εἰρήνης. itemq; Xenophontem οἰκονομικῷ. Et Cicero Pæto scribens de appellationibus græcis & latinis communium dapum, ait se illum philosophando reuocare ad cœnas.

ID QVE cum coniectura.) Coniecturam dixit τὸ ἰχνος. Vestigia σημεῖα ἀναγκαῖα, siue ἄλυτα, quæ sunt uno uerbo τεκμήρια. ea ducit de quibusdam studijs & obseruationibus Romanorum ueterum.

PYTHAGORAS.) Idem alijs uerbis in prima Tuscul. Cum uenisset in Italiam regnante Tarquinio Superbo. quem satis constat ultimum regem Romanorum fuisse. Numa autem secundus à Romulo fuit. quẽ tamen uulgo fama fuit, uenisse Crotona ad audiendum Pythagoram, qui Samo patria à tyrannis occupata, in Italiam concessisset. cui assentiens Ouidius, idem tradidit in Metamorphoseon XV.

TANTVM nomen.) Constat enim fuisse hanc sectam semper non solum pro eruditissima, sed etiam diuinæ cuiusdam scientiæ participe habitam. ideoq; quasi Aegyptiacam superstitionem redolens, & τερατολόγος, in nonnullorũ odium & auersationem incurrit. Vnde & Atheniensis quidã

πυθαγορειστὰς (sic enim Pythagoriſtam contemtius, peruerſum imitatorẽ Pythagoræ, dorice appellauit) in Thyonycho Theocriti irridetur. Sed laudes Pythagoræ præclarè extãt in Buſiride Iſocratis, ut ſubſcripſimus. ἔχοι δ' ἂν λόγος μὴ πολύλογον ὠρμημένος πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ θεσσιότητος αὐτῶν διελθεῖν, ἢν ὅτε μόνος ὅτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακὼς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων, ὧν καὶ πυθαγόρας ὁ σάμιος εἷς ὢν, ὃς ἀφικόμενος εἰς αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπερφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδακεν, ἡγούμενος εἶναι μηδὲν αὐτῷ δόξαν τούτων πλέον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλὰ πρόσοδος τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ' ἂν γένοιτο. ὅπερ αὐτῷ καὶ συνέβη. τοσοῦτον γὰρ ἁπάντων εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλε, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ὑπὸ θυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥλιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὑτῶν ἐκείνῳ συγγιγνομένους, ἢ τῶν οἰκείων ὑπομελομένους. καὶ τοῦτο οὐκ εἰκῇ τοιοῦτο ἀπεικάσαι. ἐπὶ γὰρ τῆς νεὼ τοὺς πόδας οἱ πολῖται ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ὑπὸ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. Horũ hic eſt ſenſus. De pietate Aegyptiorum qui non feſtinandum ſibi duceret, multa & præclara diſſerere poſſet. Quam equidem neq; ſolus neq; primus perſpexi, ſed alij quoq; multi tam præſentium quàm priorum: inter quos & Pythagoras eſt, Samius ille. Qui profectus in Aegyptum, & illius gentis diſcipulus factus, cum alia ſtudia doctrinæ in Græciam deportauit, tum ſacrificijs atq; ſanctitati templorum exquiſitius alijs operam dedit. ita exiſtimans, ut nihil ex hoc amplius conſequeretur à Dijs, & celebritatem apud homines maximam ſe adepturum eſſe. Id quod & illi contigit. Tanta enim exiſtimationis laude alios ſuperauit, ut iuniores omnes illius eſſe diſcipuli cuperent, ſeniores autem libentius cernerent ſuos filios illum ſectari, quàm rei familiaris curam ſuſcipere. Quæ quidem uera eſſe, credi neceſſe eſt. quippe cum hodie quoq; eos, qui ſe illum magiſtrum ſequi præ ſe ferunt, magis admiremur tacentes, quàm ullos alios eloquentiæ fama maxime nobiles. Sed & in prima Tuſculana egregia laus extat Pythagoreorum, ubi dicit eos fuiſſe, qui ſoli docti haberentur, &c.

Idq;

IDQVE coniectura prob.) Argumentis dicit hoc quibusdam colligi posse, id est τεκμηρίοις. Et signa etiam quædam, id est σημεῖα extare philo «
sophiæ Pythagoricæ. hæc autem uestigia translate dixit, quæ sunt pro- «
prie signa pedib. impressa. pro Murena: Neq; auaritiæ neq; luxuriæ uesti «
gium. ducit autem argumenta ab incredibili et absurdo, non existimandũ Romanos respuisse doctrinam illam cognitam, non potuisse autem non cognoscere tam propinquam. Et ab historia quamuis falsa, cuius tamen error ex eo quod asserit fluxisse uideatur. Vestigia uero pauca colligit. non enim hæc persequi institutum suum esse ait, quippe quæ ut in Proœmio quasi ὁδὸν παρέργως aßumserit, cum proposita sit contra perturbationes disputatio.

ORIGINIBVS.) Vt in Proœmio etiam primæ Tuscul. De carminibus autem, quorum mentio fieret in XII. tabul famosis, id est maledicis intelligendum. Sed & excantationum & incantationum mali carminis eædem meminere, ut Plinius refert libro XXVIII cap. II.

PVLVINARIBVS.) Publicis epulis dicit fidium cantus adhiberi, & in supplicationibus usurpari solitum fuisse. Fides autem, id est χορδαὶ, sunt eorum quæ ἔντατα ὄργανα in musica Græci nominarunt. Et puluinaria ac lectisternia in ceremonijs fuisse Romanorum, satis est notum.

QVANTI poëtæ?) De quibus quidem minus glorioſe loquitur in prima Tusc. quod poëticam minus in precio dicat fuisse priscis temporibus.

SED de cæteris.) Rursum remouet disputationes longiores, quæ non pertineant ad propositum. Dixit autem de oratorijs & poëticis studijs multa in Bruto.

LAELII & Scipionis.) De Lælio, amico Africani posterioris, intelligendum. de quibus ita in Bruto: De ipsius Lælij & Scipionis ingenio, «
quanquam ea est iam opinio, ut plurimum tribuatur ambobus, dicendi ta- «
men laus est in Lælio illustrior. & mox: Sed est mos hominum, ut nolint «
eundem pluribus rebus excellere. Nam ut ex bellica laude aspirare ad A- «
fricanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriati bello reperimus fuisse «
Lælium: sic ingenij, literarum, eloquentiæ, sapientiæ deniq;, & si utrique «
primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. Eadem de hoc, et alia quæ «
huc pertinent, in Lælio memorantur, hæc fermè: Sed existimare debes, o- «
mnium oculos in te esse coniectos. Vnum te sapientem appellant, et existi «
mant. Tribuebatur hoc modò M. Catoni. Scimus L. Aquilium apud patres «
nostros appellatum esse sapiẽtem. Sed uterq; alio quodam modo. Aquilius

quia prudens esse in iure ciuili putabatur: Cato, quia multarum rerum usum haberet, multáq; eius & in senatu & in foro, uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel responsa acutè ferebantur. propterea quasi cognomen iam habebat in senectute, sapientis. Te autem alio quodam modo, non solum natura & moribus, uerum etiam studio & doctrina esse sapientẽ, Nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia reperiri neminem.

STOICVM Diogenẽ.) De legatis ad senatũ tribus philosophis, & Gellius libro VII. Cap. XIIII. qui idem ultimo cap. lib. XVII. uenisse hos scribit Romam, oratore M. Catone in ciuitate, & Plauto poëta in scena florente, quod est adolescentiæ Scipionis & Lælij tempus. Sed de hac legatione Plutarchus in uita Catonis hæc fermè. Venisse Romam legatos Athenienſium, Carneadem Academicum, & Stoicum Diogenem, petitum ut multa liberarentur, quæ indicta fuerat Atheniensibus non præsentibus in iudicio, cũ illos accusasset Oropij corã Sicyonijs, ea fuit æstimata centies et uicies. Quia uero perquàm luculente historia à Pausania in Achaicis exposita est, placuit de illo translatam subijcere. Populus Atheniensis magis necessitate adactus, quàm uoluntate sua, Oropũ urbem sibi subditam diripiunt. in extrema enim tum paupertate erant Athenienses, quippe omnium Græcorum pessimè afflicti bello Macedonico. At Oropij confugiunt ad senatum Romanorum. Qui cùm Oropijs iniuriam factam esse iudicassent, mandãt Sicyonijs, ut causa cognita multam Atheniẽsibus autoribus iniuriæ pro damno dato irrogent. Sicyonij igitur, cum ad iudicium Athenienses nõ affuissent, multam dixere talentorum quingentorum. Sed senatus Romanorum petentibus Atheniensibus remisit omnia, præter talenta centum. Quæ tamen ne ipsa quidem exoluisse Athenienses dicit.

PERIPATETICIS.) Veterem Academiam dicit. ut & alibi à Platone et Socrate has familias deducit, qui re consentientes, uocabulis differebant, ut ait de Fin. lib. 4. Ita autẽ accepimus, quod quidem ad autorẽ Ammonium refertur, solitum Platonem etiam corporis exercendi gratia, obambulantem in Academiæ spacijs docere familiares suos, unde illi philosophi περιπατητικοὶ dicti fuere. Postea Platone et sororis illius filio Speusippo mortuo, cum Xenocratem alij, alij Aristotelem sequerentur, diuisa studia fuere, & in Academia quidem remansit Xenocrates, Aristoteles autem in Lyceum (porticus ea Athenis fuit) concessit. ut & Cicero indicauit his uersib. qui exponuntur de Diuin. lib. 1.

Ocia

Ocia qui ſtudijs læti tenuere decoris,
Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo.

Ita illi Academici, hi Lyciaici cognominati fuere: communi autem nomine περιπατητικοὶ utrique. poſtea Ariſtotelici, hanc ἀπὸ τοῦ περιπάτου amiſſo loci cognomento, appellationem: Xenocratei autem loci retinuerunt, ut Academici dicerentur. Mox Zeno, qui Polemonem Xenocratis ſucceſſorem audiuerat, quædam in illa diſciplina corrigere, et exactius conſtituere tentauit. Ita orta fuit alia nouæ Academiæ ſecta, inq; hac princeps Arceſilas: omnium aliorum placita refellens. hos nunc diſceptatores dicit controuerſiarum, quæ eſſent inter Stoicos & ſuperiores: id eſt dijudicatores. ut apud Liuium lib. v. Nunc de ipſa conditione dicere militantium libet. quam orationem non apud uos ſolum, ſed etiam in caſtris ſi habeatur, ipſo exercitu diſceptante æquam arbitror uideri poſſe. Et xxxiiii. Miſſuros ſe in Africam, qui inter populum Carthaginienſem et regem, in re præſenti diſceptarent.

C. AMASONIVS.) In xv lib. Epiſtolarum ad Caſſium, Catij & Amafinij leguntur. alijs Amafinius placuit. Sustulit autem Epicurus omnẽ rationem & uim artium, ſenſibus iudicio ueritatis attributo. Quinetiam geometriam, in qua omnis demonſtratio nititur atq; fundatur, eam igitur penitus ſuſtulit. quid mirum igitur, facile intelligi ea quæ nulla ratione & uia artis dicerentur?

INFERIOREM amb.) Academiam. nam ſuperiori gymnaſio Tuſculani fuiſſe nomen Lyceum, dicitur lib. i. de Diuin. Nam cum ambulandi cauſſa in Lyceum ueniſſemus, id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt. Significat autem ambulatio nunc locum, in quo ambulare ualetudinis cauſa ſolebãt.

DICAT ſi quis.) Theſin diſputationis poſtulat. de quo in principio ſecundi libri de Fin. ubi quidem etiam hunc morem reprehendit.

TEMPORIS cauſſa.) id eſt, pro tempore, ſeu ex tempore. Ita enim Cicero pro Flacco: Græcos ex tempore quod opus ſit obſignare. & mox, Nihil temporis cauſſa ſcripſiſſe, aut obſignaſſe uideantur. Ac paulo pòſt: Noſtra igitur laudatio, quam ille temporis cauſſa nobis datam dicit. Et pro Murena: At temporis cauſſa. Improbi, inquit, hominis eſt mendacio fallere. hoc igitur dici uidetur hac figura ſermonis, quod à Græcis ἐν τῷ τυχόντι. id eſt, hoc tempori datum eſſe ait, ut aſſentiretur diſputationi ſuæ, cum res illi non probaretur.

VELA facere.) Translatio à nauigationibus, quæ & uelis & remis
» fiunt. ut suprà: Omni contentione, uelis (ut ita dicam) remisq; fugienda. Dixerunt autem uela facere, & uela dare. Verrina VII. Malum erigi, uela fieri. &, Vela damus læti. quod tamen plenius, uentis dare uela, dixit. Ipse autem sententiam horum satis explanat. Spinas autem, partiendi & definiendi subtiles & pressas partitiones & definitiones uocat Stoicorum. quæ dumeta appellat in Academicis.

PYTHAGORAE deinde.) Descriptionem dicit nunc, distinctionem et
» ordinationem. ut pro Cluentio: Non Archimedes melius potuit describe-
» re. & suprà: Equitum peditumq; descriptio. Hæc autem est animæ in eas partes diuisio, quas Cicero commemorat: unam expertem, alteram participem rationis. ἄλογον Græci μέρος, & λογιστικὸν appellant, & ἡγεμονικὸν idem, quo in homine nihil præstantius, & cuius in hoc principatus esset. sic enim Cicero in secundo de Natura deorum. Hæc à Pythagora accepta Platonem elaborasse, scripsit Posidonius, ut Galenus ait lib. 4. de Placitis Hippocratis ac Platonis.

ACVTISSIMÈ.) Hoc secus se habere multis est uisum, qui Stoica tradita cum alijs de rebus, tum de perturbationibus euerterunt ut falsa, & ipsa inter se dissidentia. Inter quos Galenus & Plutarchus nihil ad exagitandos illos, præsertim Chrysippum, omiserunt. Sed de his non est nunc animus disserere. Cicero quidem præclare putat, omnia esse concinnata & apta inter se, quæ à Stoicis disserantur, præsertim de uirtutibus, & uita beata. Sic enim inquit libro 5 de Finib. Et hercle, fatendum est enim quod
» sentio, mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema pri-
» mis, media utrisq;, omnia omnibus. Quid sequatur, quid repugnet uident.
» Sed mihi Stoici cum uetera mutarent, siue rebus ipsis, siue uerbis tantummodo nouatis, uix præstare hoc uidentur potuisse, nusquam ut male dicerent illa communia peculiari quodam modo. Nam non solum in scena tutius est priorum fabulas excolere, quàm commutatas illas introducere. Difficile enim est propriè communia dicere, ut ait Horatius. Sed in literis etiam atq; artibus & doctrina, minus est periculosum uetera, præsertim bene constituta, celebrare & augere, quàm noua & abhorrentia extruere. Cicero etiam hoc loco commiscere incogitantius uidetur Stoica cũ Peripateticis, quæ postea refutaturus esset. Omnis autem hæc lis in errore quodam & confusione eorum quæ ab utrisq; statuuntur, uersatur. Sed de his non uelle nos disserere, dixerimus. Id autem agemus, ut quæ latine à

Cicerone

Cicerone dicuntur, collatione Græcorum quoad poterimus explicemus. quo ipso magis gratum me facturum studiosis bonarum artium confido, quàm inculcatione longæ & uerbosæ, & sic tamen etiam dubiæ scolæ cuiusdam de Stoicis dogmatis. Hoc tamen quin moneam, facere nõ possum, esse in his fermè aut ea quæ sumũtur incerta, aut in uerbis ambiguitates, aut omnino cauillationes et fallaces cõclusiunculas. Vt hæc mox sumtio: In participe rationis animi parte tranquillitatem & placidam esse quietem, in illa altera motus turbidos. Hoc enim id modo efficit, Esse τὸ λογιστικὸν suam quoq; uirtutem quandam, in qua nihil reperiatur eiusmodi, cuius modi in altera parte accidere solet. Itaq; illa θεωρητικὴ dicitur, & ἐπιστήμη, ac σοφία. In altera autem parte, cum ea perficitur obsecundatione, dũ præceptis paret rationis, etiam existit tranquillitas quædam in moderatione illius, sed non simpliciter ita ut altera. Quapropter & Aristoteles non reprehendit, quod quidam uellent esse ἀπαθείας & ἀοργησίας τὰς ἀρετὰς, sed quod simpliciter & indistinctè hoc asserererent. Vnde & ante Stoicorum exortum, hoc placitum intelligitur in philosophia habuisse autores suos. Fontem autem translatè exordium, seu originem disputationis dicit his de rebus suæ.

QVOD πάθος ille.) πάθος ἔστιν ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν κίνησις, ἡ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Quarum definitionum in priore & ἄλογος, & παρὰ φύσιν quid dicatur, uidendum. in eo enim tota res uertitur. Posterior explicatur à Chrysippo, ita ut exponitur à Galeno, suprà indicato in libro. οἰκείως δὲ καὶ ὁρμὴ πλεονάζουσα λέγεται εἶναι τὸ πάθος, ὡς ἂν τις ὧδε τὴν ἐκφερομένων κινήσεων πλεονάζουσαν κίνησιν εἴποι, τοῦ πλεονασμοῦ φ' αὑτῇ γινομένου κατὰ τὸν τοῦ λόγου ἀκροφλῶ. De generibus aũt perturbationũ in tertio etiã dicitur, ubi & à nobis aliquid de his annotatum. Fecerunt autem Stoici & εὐπαθείας, ut uocarunt quasdam, quasi laudatos motus, quos in sapientes tantum cadere uoluerunt: horumq; tria genera, χαρὰν, βούλησιν, εὐλάβειαν. Cicero interpretatur gaudium, uoluntatem, cautionem. Est autem χαρὰ, εὔλογος ἔπαρσις, elatio animi consentanea rationi. βούλησις, εὔλογος ὄρεξις, appetitus rationi consentiens. εὐλάβεια, εὔλογος ἔκκλισις, id est rationem sequens declinatio. Sub gaudio τέρψις, εὐθυμία, εὐφροσύνη subijcitur. Sub uoluntate, εὐνοια, εὐμένεια, ἀσπασμὸς, ἀγάπησις. Sub cautione, αἰδὼς, ἀγνεία. ut refert Diogenes Laërtius. Quo loco in mentem uenit elegantißimæ similitudi-

» nis, quam posuit lib. v. de Fin. quã & uisum ascribere. Vt reliqui fures eã-
» rũ rerũ quas cæperũt signa cõmutant, sic illi ut nostris sententijs pro suis
» uterentur, nomina tanquã rerũ notas cõmutauerunt. Quid enim est aliud
hoc, quàm modũ illum Peripateticorũ alijs quidẽ uerbis comprobare? Sed
ad rẽ. Præsentis mali affectio nulla, inquit, est sapientis. Quomodo enim sa
piens in malo esse intelligatur, cũ malũ nihil sit nisi turpitudo & stultitia?
Attamen simile aliquid etiã in sapiente deprehẽdi, & lacrimæ, & trepida
tio, & mutatio uultus indicat. Hos tum morsus & contractiones, id est
δηγμοὺς & σωιρόρσις nominarunt, ὑποπεσόμενοι, ut ait Plutarchus περὶ
ἠθικῶν ἀρετ. non enim potuerunt quicquam reperire in malo laudabile,
ut contrà malum, quemadmodum crederetur, & in bono inuenerant.

IVDICIO censent fieri.) id est κρίσει & δόξῃ. de quo quidem non simi
liter Zeno. nam ille τὰ πάθη dixit esse τὰ ἐπομένα τῇ κρίσει, hoc est τὰς ἐπι
γιγνομένας τοῖς κρίσεσι συστολὰς καὶ λύσεις. quæ quocunq; modo interpre-
tatus fuero, melius & planius græcè dicẽtur. significantur autẽ animi con
tractiones & dissolutiones, quæ aliqua de re iudicium sequuntur & ex-
cipiunt. hæc ita Galenus tradit libro 5. Placitorum Hippocratis & Plato-
nis. Preßius autem, est subtilius. ut in Acad. & de Fin. IIII.

EST igitur.) Sequuntur definitiones Stoicorum, generalium perturba
tionum. Superior ægritudinis apud Laërtium est, animi contractio ad-
uersante ratione, ἄλογος συστολή. hæc altera ex Chrysippi à Galeno in-
sertis scriptorum locis talis, λύπη ἐστὶ δόξα πρόσφατος μεγὰς παρσίας ἀ-
ξίως φαίνεσθαι μαύσεως καὶ συστολῆς δοκοῦντος. Lætitiæ definitio apud Laërtium
hæc est, ἡδονὴ ἄλογος ἐπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. Videtur de Ga
leni expositione Ciceroniana hæc ita posse cõtexi, ἡδονὴ δόξα πρόσφατος
ἀγαθοῦ παρσίαν τ' ἐπάρθῶαι ἀξίως εἶναι δοκοῦντος. Metus ita definitur a-
pud Laërtium, φόβος, προσδοκία μεγάλης. quæ est Chrysippea. Nos, ut superio
res, expleamus ad hunc modum. προσδοκία μεγάλης, ἀφορήτου εἶναι δοκοῦντος.
Libido à Chrysippo ita, ut Laërtius refert, ἐπιθυμία ὄρεξις ἄλογος. Cicero-
niana talis fuerit, δόξα ἀγαθοῦ μέλλοντος, οὗ ἐχρῆν ἥδη παρεῖναι.

QVAE efficiuntur perturbationibus.) Hæc ferè appellarunt μειώσεις,
συστολὰς, ἐπαίρσεις, διαχύσεις. Opinationem autem, imbecillam assensionem,
ἀδοξίαν, ut opinor, συγκατάθεσιν, interpretatus est. Nunc autem species per
turbationum, quas recenset Laërtius, pauciores quidem singulorum gene
rũ, quàm Cicero, memorabimus. φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. ζῆλος,
λύπη διὰ τὸ ἄλλῳ παρεῖναι ἃ αὐτὸς ἐπιθύμησε, καὶ αὐτὸς μὴ ἔχει. ζηλοτυπία, λύ-
πη διὰ

πη ἰδὴ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν ἐπιθύμησι ηκὶ αὐτὸς ἔχῃ. ἥλιος, λύπη ὡς ἐπ' αὐαξίως λιανοπαθοῦντι. ἄχθος, λύπη βαρύνουσα. Luctus apud Laërtium non est, πένθος à Græcis dicitur, ut notum est: neq; mœror. Aerumna est nimirum ὀδύνη, λύπη ἐπιτόνου. Dolor nescio quid, similiter & Lamentatio. Solicitudo autem, ἀνία, λύπη ἐκ λιαλογισμῶν μένουσα, ἣ συνεχομένη. quod de Molestia Cicero. Reliquæ species apud Laërtium non sunt: sed est præterita à Cicerone σύγχυσις, λύπη ἄλογος ἀποκλείσασα ἢ λωλύουσα τὰ παρόντα σωφρόνως. Hæc fortasse non perperam ita reddi possint: Est ægritudo, quæ ratione carens, excludit & impedit instantium considerationem. Sequitur metus, ὄκνος, φόβος μελλούσης ἐνεργείας. δέος, φόβος ἥλιος ἐμποιῶν. Pauorem uidetur interpretatus esse ἔκπληξιν, & exanimationem θόρυβον. Sed apud Laërtium ἔκπληξις ἐστι φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους πράγματος, id est metus oblata specie inusitatæ rei. θόρυβος autem, φόβος μετὰ λατεπείξεως φωνῆς. id est, metus cum uocis incitatione. De reliquis nihil habeo quod dicam. apud Laërtium est & ἀγωνία, φόβος ἀδήλου πράγματος, metus rei dubiæ. Et αἰσχύνη, φόβος ἀδοξίας, metus infamiæ. Voluptatis est malevolentia, ἐπιχαιρεκακία, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις λακοῖς. Quo loco indicare uisum, apud Nonium adduci hunc locum ita: Malevolentia lætans malo alieno. haud scio an falsò. Delectatio, διάχυσις ἡδονὴ δι' ὅλων λατακεκλᾶσα. In Laertio iactationis nomen non ponitur, sed additur prioribus & τέρψις, quasi πρίψις ηκὲ προτροπή τις ψυχῆς ἐπὶ τὸ ἀνειμένον. Id est, Oblectatio ueluti prolectatio et impulsio quædam animi, ad remissionem. & διάχυσις, ἀνάλυσις ἀρετῆς. id est effusio animi, in qua dissolutio uirtutis insit. Libidinem uertit τὴν ἐπιθυμίαν, quæ cupiditas est. ὀργὴ, ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δόξαντος ἠδικηκέναι ἢ προσηκόντως. θυμὸς, quæ est apud Ciceronẽ θύμωσις, ὀργὴ ἀρχομένη. Odiũ, quod certe μῖσος est, ita definitur apud Laertiũ, ἐπιθυμία τις τοῦ λακῶσαί τινα μετὰ προκοπῆς τινὸς ἢ προτάσεως. id est, Libido lædendi alterum, quæ crescere & produci soleat. Inimicitia, credo μῆνις. quam Laertius ita definit, ὀργή τις παλαιωμένη ἐπίκοτος ηκὲ ἐπιτηρητική, ira quædam inueterata, indignabunda & insidiosa. qualis illa certe Homerica est μῆνις, πηλιάδεω ἀχιλῆος, οὐλομένη, ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε. Discordia, fortasse ἔρις. Indigentia, σπάνις, quæ ita definitur apud Laertium, ἐπιθυμία ἐν ἀποτεύξει, id est libido in frustratione. Desiderium, ut opinor, πόθος. secundum hoc, ποθῆς τὸ μὲ παρόντα, ηκὲ μάτλω λαλῆς. Est & apud Laertium φιλονεικία, id est iurgiositas. & ἔρως, qui certe est amor, ἐπιθυμία ἐπὶ σπουδαίοις πράγματος, libido rei futilis. ὀξὺ γὰρ ἐπιβολὴ φιλοπονίας, ἀλλὰ

μάλλεσ

λάλλον ἐμφαινόμενον. Est enim conatus laborioſus, in eo quod pulcrum eſſe uideatur. Hæc igitur ita ut potuimus, cum græcis quæ reperiſſemus, collata, nõ inutilia harum artium ſtudioſis, grata certe futura eſſe confido.

INTEMPERANTIAM.) Hãc ἀμετρίαν & ἀσυμμετρίαν, et temperantiã συμμετρίαν dixere. Quæ ſequuntur, ſunt paulo obſcuriora, propter ſubtilem illam diſtinctionem, quæ magis in cogitatione quàm re uerſatur. Retulit autem & Zeno & Chryſippus ſtudioſius aliquanto harum omnium conſiderationem, quæ in animo fierent, ad corporis affectiones. nam & ἀπὸ ταύτης τῆς ὁμοιότητος καὶ ἀναλογίας, Chryſippus uoluit pleraq; omnia eſſe in animo σωματικῶς τοῖς κατὰ τὸ σῶμα appellata. Vt cum animo dicimus aliquos ἰσχύειν, id eſt ualere. & ἀσθενεῖν, ægrotare, καὶ τόνους καὶ ἀτόνους εἶναι, id eſt intentos & remiſſos: itemq; νοσεῖν καὶ ὑγιαίνειν, laborare & ſanos eſſe. Eodem modo & πάθος & ἀρρώστημα in utroq; nominari. Eſt autem hoc loco ſciendũ, πάθος dici reſpectu quondã τοῦ ποιοῦντος ſeu ἐνεργοῦντος, ut in illo motus neceſſariò intelligatur. Itaq; ſecundum Platonẽ πάθος & πάθημα cuiuſcunq; rei eſt quæ aliquid patitur, id eſt quæ extrinſecus impellitur, ut ſenſuum, & etiam animi. Quare & ἡδονὴ huic πάθος eſt, deniq; quicquid aliunde commouetur. Vt igitur in morbis coporis quæ ſunt νόσοι & νοσήματα, (& ſi uſitate ipſe morbus πάθος dicitur) ut eſt tamen quædam commotio illius effectionis, qua conſtitutio corporis naturalis perturbatur, quod cum accidit tum demum morbus proprie eſt, πάθος τι γιγνόμενος, (ut ait Galenus in libro de Differentia eorum quæ morbis accedere ſolent) ita in eis quibus animi commouentur perturbationibus, hæc illa ipſa cõmotio πάθος nominata fuit à Stoicis, qua animus ſic afficitur ut incidat in morbum. iam enim hæc διάθεσις eſt, βλάπτουσα τὸν κατὰ λόγον ἐνέργειαν. Quæ cũ animũ iã etiam debilitat, ἀρρώστημα, id eſt ægrotatio appellatur. hæc aũt cogitatione ad hũc modũ facile diſtingui poſſunt. Nam re ipſa uidentur coniuncta eſſe. ut in corpore τρόμος, eſt certe morbus, cum membrum officium ſuum facere nõ ſinat, βλάπτων τὴν ἐνέργειαν. & eſt πάθος, eſt enim in motu. quin & σύμπτωμα, cum non ſit illa commotio naturalis. Ita ira πάθος eſt manifeſte, ſed & morbus: quis enim in irato rationis uſus? eſt & ægrotatio, cum ſentiamus etiam ira debilitari & animum & corpus. Sed de his ſatis.

κατηγορήματα.) Dicamus etiam de his aliquid breuiter, quæ ſuprà nominauit κατηγορήματα, id eſt quæ dicuntur de quodã, aut quibuſdam. Satius enim fuit Ciceroni uiſum, pluribus uerbis in uno græco interpretando uti,

do uti, quàm sic uertere, ut latinum uerbum uel nihil, uel non illud quod græcum, significaret. nam quid esset prædicamentum? Sed id nunc omittamus. κατηγορήματα igitur sunt, quæ de quodam aut quibusdam dicuntur. hoc est enunciatum, id est ἀξίωμα imperfectum. illud enim de quo, aut de quibus, abest. Verum exemplo res erit plana. Enũciatum est, Socrates disputat. disputare igitur dicitur de quodam. de quo igitur? de Socrate. Si igitur disputare solum relinquatur, κατηγόρημα hoc erit. Tale fuerit, Crassus habet diuitias, Cato honores cepit. Separetur habere diuitias à Crasso, & capere honores à Catone, non magis plenum erit enunciatum, disiunctis ijs quæ dicuntur, & ijs de quibus dicuntur. Vt autem hæc κατηγορήματα, ita de quibus dicuntur πτώσεις appellatæ fuerunt.

AEGROTATIONESQVE morb.) Nam ægrotatio omnis est etiam morbus, sed morbus non statim etiam ægrotatio.

Μισάνθρωπον.) osor humani generis Timon, ut apud Lucianum Timone. De quo in uita Antonij Plutarchus cùm alia, tum hoc retulit, uixisse illum tempore belli Pelopõnesiaci. Hunc lapsum de piro syluestri, crus fregisse traditur. cumq; medicum adhiberi nollet, ita putiscente crure esse mortuum. Quem sepultum fuisse Halis, id est Salinis (loci hoc in Attica nomen maritimi) scribit Plutarchus, & littore collapso undas sepulchrũ cinxisse, ut accedi terra non posset. fuisse autem ab ipso uiuente compositum epigramma hoc inscriptum.

γῆθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὼ Βαρυσλαίμονα λείμαι,
τὄνομα δ' ὁ πολυοῖδε, λιμοῖ δὲ λιμνῶς ἀπόλοιδε.

Hic iaceo miseræ abrupto spiramine uitæ.

Quis? ne quærite, morte mala & mala turba perite:

Nam alterius Callimachum autorem dicit, huius,

τίμων μισάνθρωπος ἐγὼ εἰμί. ἀλλὰ παρελθέ.
οἰμώζειν ἅπας πολλὰς, πάρελθε μόνον.

Osor Timo hominum hæc teneo loca. perge precatus
Cuncta mihi rerum pessima, perge modo.

AVARITIA.) Horum sunt nisi fallor, græca nomina, φιλοχρηματία, φιλοτιμία, φιλοσωμία, αὐθαδία, λιχνεία, φιλοινία, φιλοψία. De his, Chrysippi sententia, uerbis ferè illius, ab Athenæo refertur, lib. XI. ut subscripsimus.

τῶν δὲ μανιῶν οὐκ ὀλίγας, φησὶν ὁ χρύσιππος ἐν τῇ εἰσαγωγῇ

τῇ πρὸς ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς πραγματείᾳ, τοῖς πλείστοις προσάπτεσθαι. καλεῖσθαι δὲ τὸν μὲν γυναικομανίαν, τὸν δὲ ὀρτυγομανίαν. τινὲς δὲ καὶ λοξομανεῖς καλοῦσι τοὺς φιλοδόξους, καθάπερ τοὺς φιλογύνας γυναικομανεῖς, καὶ τοὺς φιλόρνιθας ὀρνιθομανεῖς, τὸ αὐτὸ σημαινόντων τῶν ὀνομάτων τούτων, ὥστε καὶ τὰ λοιπὰ μὴ ἀλλοτρίως καλεῖσθαι τὸν τρόπον τοῦτον. καὶ γὰρ ὁ φίλυδρος, καὶ ὁ ὀψοφάγος, οἷον ὀψομανής ἐστι. καὶ ὁ φίλοινος, οἰνομανής, καὶ ὡσαύτως ἐπὶ τῶν ὁμοίων, ὅτι ἀλλοτρίως ἡ μανίας διαμένης γε αὐτοῖς, ὡς ἁμαρτάνουσι μανικῶς, καὶ ἡ ἀληθείας ἐπὶ πλεῖον ἀπεστώμενοι.

HIPPOLYTI.) *In quo apud Euripidem sanè præclare est expressus error & deceptio, unde Stoici uolunt & perturbationes & morbos atq; horum ægrotationes nasci, cum prauum sit iudicium, id est* κρίσις ἐσφαλμένη. *Statuit enim ille, omnes esse improbas mulieres: idcoctéq; re se facere, quod generi uniuerso inimicus sit.*

—μισῶ δ' ὅπου᾽ ἐμπλησθήσομαι
γυναῖκας, οὐδ' εἰ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν.
ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.

Apud Senecam est oratio ἐμπαθέστερος, *id est uehementior, & perturbationis maioris,*

Detestor omnes, horreo, fugio, execror:
Sit ratio, sit natura, sit durus furor,
Odisse placuit. —

GRAVEDINOSOS.) *id est* καταῤῥώδεις, *& torminosos* στροφώδεις. *talis enim hæc nominum forma est. Ira autem est* ὀργή, *iracundia* ὀργιλότης. *ut* μέθυσος *ebriosus,* μεθύων *ebrius.* ὀρτομανεῖς *&* φιλόρωτον, *ut opinor, amatores. Vt apud Plautum, Magnus amator mulierum. Nam* ἐρασταὶ *&* ὀρῶντον, *magis amantes, referuntur ad* ὀρωμένους *&* ὀρωμένας. *Etsi Euripides Troadibus generalius posuit hoc nomen,* οὐκ ἔστ' ὀρατὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. *Non est amator, amare si quis desinit.*

PROCLIVITAS.) εὐκαμψίας *&* εὐπαταφορίας *uocarunt. Sed facilitatem, quam dicat, quæramus.*

NON *enim omne uitium.*) *Hunc locum me nõ intelligere fateor. itaq; relinquo cuiq; de illo iudicium suum, nam dicere corruptum & mutilum uideri,*

uideri, uereor ne reprehendi facile posit, cum hoc usurpare liceat in omnibus quæ minus nobis perspicua sint. Itaq; ut in Tragœdia in deos relata caussa refutatur facilitatis nomine, cum sic dicitur, τὸ ῥᾴστου ἕνεκα αἰτιάσασθαι θεούς: ita & hanc fortassis ueram, sed nimis tritam uulgaremq; explicationis intermissæ rationem reddere, non placuit. non enim magis græca suppetebant, de quibus certius aliquid constituere possemus. In his igitur ut dubitationem, uel etiam ignorantiam confiteri meam optimũ putaui: sic ausim affirmare, quæ sequuntur ita legi debere: Sunt enim in corpore præcipua, pulcritudo, uires, ualetudo, firmitas, uelocitas. Sunt item in animo. Vt enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, è quibus constamus, sanitas: sic animi dicitur, cum eius iudicia opiniones q; concordant.

CVM curatione.) Vt παραφροσύνας, quæ & διανοίας sunt, & φαντασίας.

VIRIBVS.) τόνον dicit, & ἀτονίαν, & νεῦρα. Cicero A. Torquato libro 6. epist. Vereor ne consolatio nulla posit uera reperiri, præter illam quæ tanta est, quantum in cuiusq; animo roboris ac neruorum. & ἀνευρύσους, ac ἀτόνους, enervatos & fractos animo dixere.

INGENII etiam.) Ingenij laus est docilitas & memoria. Vnde & εὐμαθῆς & μνήμονες dicuntur, itemq; ἀγχίνοι. Mox autem quos acutos & hebetes uocat, τὰς εὐφυᾶς & ἀφυᾶς interpretari uidetur.

NAM bestiæ.) Non placuit Stoicis πάθη esse in bestijs, cum λόγοις in ijs non insint. ἄλογα sunt enim ζῶα, id est rationis expertia: rationis autem iudicium est. Quibus ita uehementer aduersatur Plutarchus, ut etiã probare conetur, in bestijs rationem inesse.

È quibus.) Eleganti metaphora usus est in hac transitione, alterius partis propositæ, in qua oratio euagaretur latius, et liberiore cursu ferretur, quasi in aperto mari.

QVAM malitiam.) λακκίαν & uitium & uitiositatem interpretatur, non malitiam, ut sonare græcum nomen uidetur. repugnat enim usus linguæ latinæ, in qua malitia fraudulentam astutiã significat. ut Plauto, Versute malus. Et apud Terentium, Expromta malitia atq; astutia. ita enim in quibusdam exemplis, non memoria, reperitur. Idem dicitur in tertio de Finibus.

EX qua cogitantur.) Suspectum hoc mihi uerbum est: ac fortasse, Concitantur legendum.

SEMPER *aliquis alijs dolor, alijs terror imp.*) *Venetis in libris ita, Semper aliquis talis terror imp. quæ & mihi scriptura probatur. significat autem terrorem similem saxi Tantalei.*

FRVGALITATIS.) σωφροσύνη *hæc græcis uirtus est, pulcerrimo nomine, ipsa pulcerrima. de hac autem appellatione in tertio aliquid à nobis dictum est.*

QVOCIRCA.) *Etiam de his ipsis quæ nunc differuntur à Cicerone, diximus aliquid suprà libro* III. *Quomodo enim de perturbationibus locuti sint Peripatetici, quis iam ferè nescit? Si enim est uis in animo, quæ efficiat ut ira ille, aut odio, aut etiam dolore, lætitiá ue concitetur, quæ affectiones* πάθη *dicuntur, nihil adhuc est istorum quod laudari simpliciter, uel uituperari possit. Sed illa quæ ab eisdem* ἕξεις *nominatur, laudem demũ aut uituperationem habet, in mediocritate quidem seu modo laudẽ, in contraria autem affectione seu* διαθέσει *uituperationem. Quæ si uere dicuntur, quid possumus aliud facere, quàm ut naturam ducem sequentes, uiam uirtutis ingrediamur? Non igitur* πάθη *uitiosa sunt, si sunt naturalia. Cicero autem illas* προπετείας & ἀπαθείας *exagitat: quæ sunt iam* διαθέσεις, *atq; ἕξεις uitiosæ, id est* ἀκρασίαι. *Vt facilis sit responsio. non enim* ὀργιλότης, *quæ est certe iracundia, à Peripateticis laudatur, non magis quàm* ἀοργησία, *sed quæ media est* πραότης. *Animi autem quandam excellentiam & ardorem, ipsi uocant* τὸ θυμοειδὲς, *materiam putant esse fortitudinis, quæ iam non est* πάθος, *sed uirtus. Hoc modo ad omnia licet. Quomodo enim ipsi Stoici suas illas* εὐπαθείας *tuebuntur, moderatione hac reiecta? non timere, sed uereri, seu cauere: non lætari, sed gaudere: quæ planè sunt mediocritates. Sed quomodo mediæ inter nimium & parum esse uirtutes perhibeantur, multi quæsiuerunt. Num ita, ut tepidum inter gelidum & feruidũ? aut rubrum, uiride, fuluũ, inter album & nigrũ? An ut tria inter quatuor & duo? An ut inter bonum & malum, id quod neutrum dixere? An etiam, ut quod de duobus diuerso modo dicitur, ut in pronunciatis cõclusionum id quod mediũ uocãt? Horum nullum quibusdam placuisse uideo. Quomodo enim de commistione uituperabiliũ, id quod laudabile esse uolumus, existere possit? Iam tria ut includunt duo, ita à quatuor includuntur, non autem & uirtutes à uitijs includi solent. Neutrum autem quod* ἀδιάφορον *appellant, neq; bonum neq; malum attingit: sed uirtutem attingere uolunt appetitus, in quib. illud nimium & parum uersatur, quas græci* παθητικὰς ὁρμὰς *uocarunt. De medio autem syllogistico manifestare res est.*

est. neq; enim de uirtute uitium, neq; de uitio uirtus dici potest. Aristoteles tamen similitudinem numerorum probauit, cum & arithmeticas & geometricas rationes cõparauit. ut 10 6 2, libro II. ἡδιπῶν νικομ. & libro V. Sicut a ad b, ita b ad c. id est tale, ut si numeri ponantur, 8 4 2. Neq; est in comparatione rationum, quam Græci ἀναλογίαν dixere, & Cicero uertisse proportionem existimatur, illa inclusio, cum nõ modo tres illi numeri qui exponũtur, sed quatuor insint: nõ enim pauciorum ἀναλογία esse potest. Vnde & hoc soluitur: Quæ sunt in medio, sub eodem genere subijciuntur, sub quo utrinq; posita, si generi illi non contrarium alterum reperiatur, ut Aristoteles τοπικῶν IIII. Sed 10 & 4 sunt nimium & parũ, et habent genus numerum: habebit ergo & 6, quod est μέσον, idem genus. Ita cum sit τὸ ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως genus uitium, erit & τὸ μεσότητος. Primũ igitur non est statim numerus genus ad illos expositos, sed duo sunt genera illorum contraria, æquale & inæquale. Sunt enim duo numeri primus & postremus inæqualis rationis, 10 & 2, aut 8 & 2. Medius autem, qui bis sumitur æqualis, ut 10 superat 6 quaterno, & 6 superat 2 quaterno. Item, sicut octo ad 4, ita 4 ad 2. Ita uidemus æqualitatis rationem esse in medio numero, in extremis inæqualitatis. Deinde καιρία, nõ est genus ad ὑπερβολὰς & ἐλλείψεις, sed διάθεσις. nam quid est καιρία, nisi διάθεσις ἄμεσος καθ' ὑπερβολὴν ἢ ἔλλειψιν; Plato in Euthydemo trifariam medium aliquid dici ostendit, aut inter bonum & malum, aut inter bona, aut inter mala duo. Siq; inter mala duo aliquid constituatur, utroq; esse illud necessariò melius. Plutarchus in libello quem scripsit περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, sic maxime dici medias uirtutes putat, ut de sonis & concentu. Nam ut uox modulata, quemadmodum eius quæ νήτη & ὑπάτη, id est ima & summa uocatur, mediocritas est in uitatione grauitatis & acrimoniæ nimiæ: ita uirtus ui sua ea quæ à ratione recedunt cohercet, & ex incitatione illorũ aufert remissiones & intensiones nimias, & affectiones omnes animi cõponit moderatione quadam, neq; aberrare à recto sinit. Quæ & ipsa mihi uidentur præclare dici, neq; ab Aristotelis sententia esse aliena. Verum nos in his exquirendis, fuimus cõtra nostram consuetudinem longiores. Quare ad reliqua pergamus.

VT ille qui uolupt.) In epistola ad Cælium lib. II. παροιμιώδως, partem huius dicti Cicero inseruit: In quo cũ obiurgarer, quod nimio gaudio penè desiperem, ita me defendebam, Ego uoluptatem animi nimiam. Versus est Trabeæ comici, ut significatur de Finib. II. Nam & ille apud Tra-

» beam, uoluptatem animi, lætitiam nimiam dicit: eandem quam ille Cæci-
» lianus, qui omnibus lætitijs lætum se esse narrat.

P. Rutiliũ.) Cicero in Bruto, P. Rutiliũ petijsse consulatũ cũ Scauro, et repulsam tulisse, & Scaurũ accusasse, et ab absoluto designato quidẽ Cos. accusatum fuisse, indicat. cuius & hoc loco et apud Plin. libro VII. capit. XXXVI. frater dolore repulsæ fraternæ mortuus, eodem nomine et prænomine appellatur. In primo tamen de Oratore consularem illũ appellat.

QVID si cum id ferret modice.) Ita enim legendum, non immodice. Vtitur autem Cicero captioso illo genere interrogationis, σωρίτης, id est (si interpretari, quod necesse Cicero in secundo de Diuin. esse non putat, uelimus) acerualis, cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur: in quibus solet consideratio confundi, ut quid statuat non possit reperire. Tria an multa sint, An diues qui possidet milies, An pauper qui sestertia L, quanti sua omnia æstimat Socrates apud Xenophontem. Sed de his
» Cicero in Acad. Sic hoc loco: Ferat moderate Rutilius fratris repulsam,
» ferat etiam mortem liberûm moderate: quid si etiam alia accedant aduersa? Sed moderate cum additur, tota res explicatur. quócunque enim progrediare, si illud addas, moderate, sustineri id poterit, in quo illud seruabitur. Sin hoc non assit, ne primum quidem. Est autem usus elegante similitudine, de lapsu. Sed rursum ad superiora respiciendum. Ille enim qui se præcipitat, non potest sustinere, sed alter posset, ut si quis in lapsu retraheret: ita & λόγος τὰ πάθη non sinit immoderatè efferri. Sed de ijs quæ antè diximus, deinceps unusquisq; facile, quæ ad argumenta Ciceroniana responderi possint, si aduersari Stoico dogmati uelit, inuenire poterit.

IRACVNDIAM.) Non quam illi ὀργιλότητα uocant, & in uitio ponũt, sed τὸ θυμοειδὲς, quæ est uis quædam animi acrior & ardentior. Itaque sic Plato interrogat lib. II. de Rep. ἀνδρεῖος ἦ ἄρα ἦν εἰθελήσῃ ὁ μὴ θυμοειδὴς. Et idem sic ait de Legibus libro V. θυμοειδῆ μὲν χρὴ πάντα ἄνδρα εἶναι. Et Aristoteles τὸ θυμὸν dicit fortitudini συνεργὸν. Cicero aũt transtulit iracundiã, quod in lingua latina uitij nomẽ est. ut manifeste apud Plautũ,
» ubi etiam ipsam animi perturbationem significat, in Asinaria: Non hercle
» te præuideram, quæso ne uitio uertas, Ita iracundia obstitit oculis. Et Te-
» rentius: Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Transtulit & iram,
» Acad. Tres ne partes habeat, ut Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis.

LENTITVDINIS.) βραδυτῆτα dixere. Etsi βραδὺς Aristophani est hebes, aut iners, Nebulis, ἐπιλήσμων καὶ βραδὺς. Vel est νωθεία, uel quam ἀεργίαν

γησίας Aristoteles uocat. Plutarchus tamen cum περὶ ἀοργησίας scripsit, laudis hoc nomen esse uoluit.

NOCTV ambulabat, &c.) De hoc Plutarchus ἀποφθέγμασιν ita, Θεμιστοκλῆς ἔτι μειράκιον ὢν πότοις ἐκυλινδεῖτο, καὶ γυναιξίν. ἐπεὶ δὲ Μιλτιάδης στρατηγὸν ἔνίκησεν ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους, ἀκέλευστον ἦν ἐντυχεῖν ἀπρακτοῦντα Θεμιστοκλέα. πῶς ἢ τοὺς θαυμαζόντας τὴν μεταβολὴν, ἔλεγεν ὡς ἀκέατός με λαθύδαμος ἀδὲ ἔαυμεῖν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον. Themistocles adolescẽs adhuc in potu et amorib. uolutabatur. Cũ uero Miltiades dux Atheniensiũ uicisset in Marathone barbaros, nemo illũ postea uidit ulla re futili occupatũ. Cũq; interrogaretur, unde tãta mutatio extitisset? respõdebat, Nõ pati se somnũ capere, neq; desidiosum esse, trophæũ Miltiadis. De Miltiade aũt et Marathonio prælio historia extat apud Herodotũ ἱρατοῖ. Demosthenis aũt lucernæ & uigiliæ celebres sunt, neq; ante annum L lucernam extinxisse traditur.

PYTHAGORAM.) De his et libro V. de Finib. Cur Plato Aegyptũ peragrauit, ut à sacerdotib. barbaris numeros et cœlestia acciperet? cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timæũ, Acrionẽ, Locros? ut cũ Socratẽ expreßißet, adiungeret Pythagoreorũ disciplinã, eaq; quæ Socrates repudiabat addisceret. Cur ipse Pythagoras & Aegyptũ lustrauit, & Persarũ magos adijt? cur tantas regiones barbarorũ pedibus obijt? tot maria transmisit? cur hæc eadem Democritus? «

PACIDIANVS.) Huius & alibi Cicero, & Horatius, mentionẽ fecere. De quo & pare illius Esernino Luciliani uersus feruntur. «

Esernimus fuit flacco ore,
Samnis, spurcus homo, uita illa dignus, locoq;.
Cum Pacidiano hic componitur optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Sed in his uersibus sura quid sibi uelit hoc loco posita, non uideo: neq; uerum esse puto.

MVLTA cum hilaritate.) Res exponitur Iliad. ϑ. Hoc autem nunc dicit Cicero, quod Homerus μιξολιόωρ βλοσυροῖσι προσώπασι. Sed hic multus animi commoti index est, ut Odyss. υ.

μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Vt in Teutonico nostro sermone dicitur, Risu uitam adimi. Reliquæ historiæ omnibus ferè notæ sunt. De Halieno tamen conseruato ab Africano, nihil habeo præter hanc indicationem.

Erymanthio

ERYMANTHIO.) Inter Herculis labores & hi numerantur, apri & leonis interfecti, ut suprà libro secundo dictum est. De tauro Marathonio hæc Pausanias, Atticis. Cretensium terram cùm alijs in locis, tum maxime iuxta fluuium Tethrena taurus uastabat. fuere autem priscis temporibus bestiæ maiori hominibus formidini, ut leo & Nemeus & Parnassius: iteḿque dracones multis in Græciæ partibus, nec non Calydonius & Erymanthius aper, & Crommyonia sus in regione Corinthia. Ideoq; perhibebantur aliæ solo enatæ, aliæ peculiares esse deorum, aliæ etiam ad supplicia hominum emissæ. Atq; illum taurum aiebant Cretenses à Neptuno sibi immissum, quòd Minos potitus imperio maritimo Græciæ, nullo supra reliquos deos honore eximio Neptunum afficere soleret. Hunc tamen postea taurum in Peloponnesum è Creta translatum, unũ de duodecim Herculi certamen obiecisse. Verum emißus in campum Argiuum, cum fuga per Isthmum Corinthium euasisset, peruenit in Atticam, & populum Marathonium. Interfecit autẽ cùm alios factos obuiam sibi, tum filium Minois Androgeon. Ideo Minos, quod non crederet extra interitus illius culpam esse Athenienses, classe aduersus eos profectus, ita afflixit ciuitatem, ut conditionem acciperet mittendi septenas uirgines, & pueros totidem, in Cretam Minotauro, qui Gnoßium Laborinthium incolere ferebatur. Sed Marathonium taurum Theseus postea in arcem ægisse, & Mineruæ immolasse dicitur. cuius facti monumentum à popularibus Marathonijs consecratum fuit.

QVID Achille.) Locus Iliad. ά. Sed de Aiace ex aliqua Latina Tragœdia adductus locus, id innuit: sic introductum Aiacẽ fuisse, ut insaniens cum hostibus manum conserens, illos in fugam uerteret. Quod & Philostratus significare uidetur, à Græcis tragicis factum esse. Sic enim scribit in Aiace, μανέντα δ' αὐτ' οἱ μὲν τρῶες ἐδέισαν πλέον ἢ ἐώθεσαν, μὴ προσβαλὼν τῷ τείχει ῥήξει αὐτό.

STOMACHO non egere.) Id est ira, cuius quasi sedem in stomacho collocarunt. de quo alibi dictum est à nobis copiosius. Græci dicunt, ut apud Plutarchum legitur περὶ ἀοργησίας, bile nõ egere, χολῆς μὲν δεῖσθαι λέγουσιν.

» ANtibi iraſci.) Aliter libro secundo de Oratore: Quod si fictus aliquis
» dolor suscipiendus esset, & si in eiusmodi genere orationis nihil esset nisi
» falsum, atq; imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requiren
» da. nunc ego quid tibi Crasse, quid cæteris accidat nescio. De me autẽ cauſ
sa nulla

ſa nulla eſt, cur apud homines prudentiſs. atq; amiciſſimos mentiar. Non me « hercle unquã apud iudices aut dolorẽ aut miſericordiã, aut inuidiã, aut o- « diũ excitare dicendo uolui, quin ipſe in cõmouendis iudicibus ijs ipſis ſen- « ſibus ad quos illos adducere uellem, permouerer. Et ibidem in hanc ſenten « tiam permulta. Quæ ſequuntur, de ſuprà expoſitis deducuntur facili et pla na uia, ut explicatione nulla admodũ opus eſſe uideatur. Verſus Euripidis autem, quos inſeruit, ſunt principum fabulæ quæ Oreſtis inſcribitur.

ὃς οὔτε σὸν δόξαν λεανὸν ὥσπερ ἐπὶ πέπλον ἔτω,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θελατος,
ἥς οὐκ αὖ ἄρατ' ἄχθος ἀνθρώπων γλίος.

LAETVS ſum.) Et ad Catonẽ lib. epiſt. XV. Lætus ſum laudari me, in- « quit Hector opinor apud Næuium, abs te pater laudato uiro. Atq; ita uer « ſus ſcribendus, ut conſtent numeri trochaici tetrametri καταληκτικοὶ. cu- ius generis ſunt & Trabeæ uerſus.

SERVAVISTI.) Sic enim ſcribendum, ut numeri conſtent ſimiles ſuperiorum. Apud Euripidem Medea,

— ὡς ὄφ' ὡς σ' ἀναλγήσας
πόνων ἀφύκτων τὸμὸν ἐκσῶσαι λέχος.

IRA uero quamdiu.) Puto non minus recte legi poſſe, quin diu: ut diu turniorem & longiorem, ſimillimam eſſe inſaniæ accipiamus.

INTER fratres.) Locus ex aliqua fabula latina. Fratres autem Agame mnonem & Menelaum dicit Atridas, qui ſimiliter apud Euripidem, Iphi- genia Aulidenſe, conuicioſe altercantur.

EXISSE de poteſtate.) Vt ſuprà quoq; in III. libro id Chryſippus. ἐξεστηκέναι, & αὐτὸς ἐαυτῆ ἐξω καθεστηκέναι. & μὴ ἐν αὐτοῖς, et μὴ παρ' ἑαυ- τοῖς εἶναι. ut Latini, Non ſum compos animi. &, Vix ſum apud me.

ARCHYTAE.) Hoc ita expoſuit Plutarchus, De ſera numinis animad uerſione, καὶ ἀρχύτας οἰκέτῃ ἕνα πλημμελήσαντι ὠργίσθη καὶ ἀ- ταξίαν καταμαθὼν, εἶτα αὐτὸν συναθανόμενος ἐμπαθέστερον ἔχοντα καὶ πρᾳότερον πρὸς αὐτὸν, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλ' ἢ προσ- τὸν ἀτιμάσας, δυστυχεῖτε, εἶπεν, ὅτι ὀργίζομαι ὑμῖν.

CLITVM familiarem ſuum.) Hiſtoria nemini fermè ignota eſt, & apud plures extat. maxime putatur exacerbaſſe Alexandrum Clitus, com- municatione rerum Alexandri cum alijs, uerſibus commemoratis ex An- dromacha Euripidis,

οἵμοι λαβ' ἑλλαδ' ὡς λακῶς νομίζεται,
ὅταν τρόπαια πολεμίων στήσει στρατός,
ὁ τῶν πονούντων τ' ἔργον ἡγοῦνται τόδε,
ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται.
ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ,
δοξὴν πλέον σφῶν ἑνὸς ἔχει πλέων λόγον.

» EX forma.) In libro de Fato dixit hoc explicatius: Qui se profitebantur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere, &c. is autem est Græcis φυσιογνώμων.

AEGRIVS depellitur.) id est, cum maiore difficultate, minusq; facile, cum maiore etiam molestia.

EXPLICATIONVM LIBRI IIII.
FINIS.

IN TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LIBRVM quintum, Ioachimi Camerarij Explicatio.

IN ultimo hoc libro id Cicero docere uult, ad beate uiuendum uirtutem se ipsa esse contentam. Qui locus, ut ipse ait in Proœmio lib. II. de Diuin. totã philosophiam maxime illustrat. hoc autem Proœmio laudatio philosophiæ continetur, & exordia quædam atq; progressiones exponuntur: ostenditurq; sapientiæ studium antiquissimum esse, cum illud scilicet à multis nouitatis nomine uituperaretur, ut fieri solet in ijs quæ aliquibus ignota sunt. sibi enim noua, simpliciter noua esse existimãt. Dissentit autem Zeno à magistris suis hoc loco manifestè: neq; uerborum pugna, ut alibi, hæc dici potest. Voluit enim uirtutem ad beate uiuendum se ipsa esse contentã, id est, αὐτάρκη εἶναι τὴν ἀρετὴν πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν. Nota est sententia Aristotelica, uirtutem solam uitæ ciuilis finem quidem uideri

uideri esse, sed imperfectiorem. Qui planius etiam alibi putat, omnino ad uitam beatam requiri quasi instrumenta quædam bonorum extra nos positorum, cum permulta, amicorum, diuitiarum, opulẽtiæ ministeria expetãt. Cumq; nonnulli quasdam sordes aspergant uitæ beatæ, expertes horũ bonorum, ut nobilitatis, fortunæ prosperæ liberûm, formæ. Non enim beatũ dici posse, qui deformissimus sit, aut ignobilis, aut solitarius & sine liberis: multoq; etiam minus, si cui sint liberi amicíue omnibus uitijs corrupti, aut si bonos mors ademerit. proinde esse animi quidem bona necessaria ad uitam beatam, reliqua uero hãc utiliter instruere & adiuuare opera quadam sua. Itaq; hanc neq; in ætatem non plenã, neq; in uitam breuiorem cadere uult. Et libro tertio πολιτικῶν, planè negat uirtutem exerceri posse in uita operaria & seruili. Quapropter Ciceronis est copiosa in hoc libro disputatio. euagatur enim latius, & ueterum quædam dicta ad hanc sententiam accommodare, tum uero exemplis eam comprobare, & omnibus coloribus illustrem reddere conatur. Abhorret autem certe dogma Stoicũ à communi hominum & naturæ sensu, quamuis acute uerbis concludi uideatur. Et Peripateticam tamen sententiam, similiter breuibus argumentorum complexionibus confirmare, & Stoicam αὐτάρκειαν confutare studuerunt. in quo genere nunc extat Procli libellus, minime ut mihi uidetur contemnendus.

EX eo libro.) De uirtute librum ad Ciceronem Brutus scripsit, ut dicitur in Proœmio librorum de Fin. Fuit aũt Brutus Antiochiæ rationis studiosus, qui aduersus illam nouam & mediam, ut uocabatur, Academiam, ueterum placita defendere putaretur, de quo in Acad. multa. Scribit autẽ de studio Bruti Attico, his uerbis, lib. XIII. Quare si addubitas, ad Brutũ transeamus, est enim is quoq; Antiochius. «

NAM cum ea caussa.) Hoc ponit uirtutis pulcritudinem & dignitatem impulisse sapientes, ut studio suo omnia posthaberent. Sed ijdem certe ut beatam uitam degere possent, elaborarunt. omnes enim natura incitante bonum appetunt, & contrarium refugiunt. itaq; statuerunt, in uirtute beatam se uitam reperturos esse.

SIN autem.) ἀντίθεσις. Quid uero, si illos opinio fefellit? Estq; id uerius, adiumenta quædam fortunæ requiri ad uitam beatam? Huic subiecta est elegans διαφώρησις. et referuntur quædam, quibus ἀντίθεσις confirmæri uidetur. ducitq; addubitationem de sua fortuna, quã scimus uariã fuisse.

VOTA facienda.) παραιτήσεως. Tum enim confugimus ad opem diui-

nam, cum humani auxilij ſpes nulla relinquitur. itaq; uulgo dicitur, impie id quidem, Male agi cum ijs quorum ſalus Deo commendetur. Similiter dixit Demoſthenes de legibus κατὰ τιμοκράτους. εἰ γὰρ αὖ καλῶς μὲν ἔχοι, μὴ ἀναιρεῖσθαι δὲ φράσειεν, ὄυχῆς, οὐ νόμου διαπραττοίτ' ἂν ὄργου.

INSANABILES.) Sunt enim certe ἀνίατοι quidam morbi, alij ſimpliciter, alij neglectione. ut podagra, & aqua ſubter cutem. quemadmodum & Ouidius,

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

QVOD ex aliorum.) Hoc & qui in eloquentia facerent, eos reprehendit in Oratore: Quid ſit Atticum diſcant, eloquentiamq; ipſius uiribus, non imbecillitate ſua metiantur.

QVAM dubitationem.) Fuit enim Brutus Seruiliæ ſororis Catonis filius. Hanc autem dubitationem de uirtute Catonem ſuſtuliſſe dicit, qui nõ modo in tota uita illam coluiſſet, & conſtantiſſime fuiſſet ſemper aduerſatus improbis, ſed mortem fortiſſimè obijſſet, cum iudicaſſet ſibi iam è uita excedendum eſſe. quod & ipſum fecit, priusquam cum doctis, qui eum ſecuti fuerant, multum ac diu diſputata, ut Plutarchus ſcripſit. Poſt illa aũt tempora bellorum ciuilium, hi certe libri ſcripti fuere: quippe cum ſuprà conſolationis meminerit, quam compoſuit mortua filia, Republica iam Cæſare potiente.

IN ſinum.) Elegantes metaphoræ. Nam & illa quæ ſinu conduntur, tecta ſunt: & in portu tuta eſt ſtatio nauium. Euripides Medea,

ὅτ' ἂν γὰρ ὦ νηὸς, ἣ μάλιστ' ἐκάμνομεν,
λιμὼ πέφανται τῶν ἐμῶν βαλυμάτων.

Et ille in Epigrammate, ſalutem dicens ſpei & fortunæ, τὸν λιμένα, inquit, εὗρον.

O uitæ.) Excurrit in laudationem philoſophiæ, id eſt ſtudiorũ ſapientiæ, figurata oratione κατ' ἀποστροφὴν. Ac dicit quidem fortiter hæc, planeq; Stoicè, magis ſcilicet quàm fecit.

AT philoſophia.) Vehemens increpatio aduerſariorum philoſophiæ. quæ cum nouitatis nomine reprehenderetur, docet antiquiſſimam quidem rem eſſe, nomen tantum recentius.

SEPTEM.) Septem ſapientes, quibus nominibus & quæ cuiuſq; patria

tria fuerit,nemo ferè ignorat.Plato in Protagora,Periandro omisso,Myso na Chenensem reposuit.Periandrum autem magis cupidũ famæ fuisse tradunt sapientiæ,quàm sapientem. Itaq; cum patriæ esset tyrannus, hoc tamen studio & cultu sapientum suo perfecisse, ut quasi in consortium & gregem quendam illorum reciperetur. Laudandus profectò hoc saltem nomine,quod hanc famam appetiuit, quæ nunc etiam probrosa in principibus uiris habetur.Apud Iuuenalem diues auarus, laudat tamen & admiratur disertos:nunc etiam derident.Sed hæc fortaßis alieniora uideantur, etsi uerior & grauior ista querela quàm Ciceroniana est: qui tamen ita rẽ exaggerauit,ut atrocißimo uerbo parricidij non dubitarit uti.

SAPIENTIAM.) Etiam superiore libro similem exposuit sapientiæ definitionem.alia enim est sapientia,quæ σοφία uocatur:& alia φρόνησις,id est prudentia.de quibus et Aristoteles ἠθικῶν νικομαχέων libro VI. Est enim sapientia eorum, quorum consideratio est simplex & absoluta. itaq; de his neq; deliberari,neq; mutare sententiam solemus. nunquam enim illa uariant,cum sint sempiterna:quorum & caußas sapientia, & initia peruestigat & aperit.prudentia uero in ijs uersatur,quæ ad nos pertinent & referuntur, ut bonum malum,appetenda fugienda. de quibus Cicero libro I Officiorum ita: Princepsq; est omnium uirtutum illa sapientia,quàm σοφίαν Græci uocant.Prudentiam enim,quam uocant græci φρόνησιν,aliam quandam intelligimus,quæ est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia.Illa autem sapientia quam principem dixi, rerum est diuinarum & humanarum scientia,in qua continetur Deorum et hominum communitas,& societas inter ipsos.

Sapientia quid? σοφία.

Prudentia quid? φρονησις.

LYCVRGVM.) De Lycurgo Plutarchus nihil reperiri certum dicit,neq; quo genere,neq; quibus temporibus procreatus fuerit.plæriq; tamen in ea tempora retulerũt, quibus instauratis ludis ab Iphito prima Olympias condita fuit.quod & Pausanias tradidit,& apud Athenæum dicitur libro 14 his uerbis:ἱερώνυμος δὲ ἐν τῷ πρὸ λιθαρῳδῶν, ὅπερ ὀλίγα πεμπτὸν πρὸ ποιητοῦ, ἡγεῖ λυκοῦργον μὲν νομοθέτην, τὸν τοῦ πανδρόν φησι γενέσθαι, ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἱστορεῖται μετὰ τὸν ἰφίτου τὸν ἡλείου, τῶν πρώτων ἀριθμηθέντα τ ὀλυμπίων θέσιν διαθεῖναι. Hoc plerique paulò superiorem fecerunt Homerũ. Sed quàm multis annis ante urbem conditam? Si in Homeri, ut & Ciceroni placet,tempus contulerimus,circiter C & L X, ut ex Cornelio Nepote

retulit Gellius lib. XVII. Cap. XXI. Sed ita non incidet in Iphiti tempus. ſcripſit enim Plutarchus, Romulum natum Olympiade II. Timæus, ut idē Plutarchus refert, cōtrouerſiam dirimere uoluit. Exiſtimauit enim ueri eſſe ſimile, quod duo fuerint Lycurgi: Homeri alter temporibus, alter poſterior Iphiti. ſed huic uni etiam ea quæ de altero tradita eſſent, putauit attributa propter celebritatem ipſius fuiſſe. Sed hæc inexplicabilia ſunt. Nam & Homericum tempus non conuenit. ſiquidē Herodotus illum tradit fuiſſe annis CLX poſt Troica tempora. quibus ſi addantur CLX, qui ſint illi anni Nepotis ante Vrbem conditam, erit totus numerus CCCXX. cum nemo fecerit pauciores quadringentis illos annos, qui inter captam Troiā & V. C. interceſſerunt. plæriq; plures, ut & Diodorus, qui à Troia capta uſq; ad Coſſ. Qu. Aemylium & C. Iunium, ſpacium intercedere DCCC LXXX annorum ſcripſit libro XX.

VLYSSEM & Neſtorem.) Heroum dicit Heſiodus genus occubuiſſe ad Thebas & Troiam, ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι. Eamq; ætatem ſuperiorem ſeu priorē uocat, ut cum proxima ætate poſt Heroas uixiſſe intelligendū ſit: quo tamen Cicero antiquiorē fuiſſe Homerū putat, in libro de Senectute. Sed apud Homerū Neſtor eloquens & in conſilijs dandis prudens, Vlyſſes uafer & callidus & ſimulator introducitur. Neq; ſapientiæ uſpiā nomen his tribuitur, neq; etiā alijs, ut Thoanti, quem & ipſum dicit eloquentem fuiſſe. Sed hoc tam diuino uerbo, ut Ciceroni placet, de fabro uſus reperitur in quadam parabola, Iliad. ί.

ἀλλ' ὥστε σφῶϊν δόρυ νηΐων ἐξιθυνέμεν,
τέλτονα γὼν παλάμῃσι λαὴμονα, ὅς ῥα τε πάσης
εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσυνῄσιν ἀρωγός.

ATLAS.) De quo noti ſunt uerſus in δ Odyſſ. ά.

— ὅστε θαλάσσης
πάσης βυθὰ οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.

Refertur aūt ex Pherecydis libro decimo in explicatione IIII Argonaut. Apoll. Atlantē, cum cœlū ſuſtineret, exoratū fuiſſe ab Hercule, ut afferret poma Heſperidū aurea: interea ſe uice eius cœlū laturū eſſe. Ita Atlantem onere liberatum, poma quidem attuliſſe, ſed Herculi dixiße, quod ipſe decreuiſſet ad Euryſthea deportare, eiq; cœlum ſuſtinendum relinquere. Tū Herculem, non diſplicere id ſibi, reſpondiſſe: petere tamen ſe ab illo, ut

ſuſciperet

ſuſciperet onus tantiſper, dum ſacculum in caput ſibi imponeret, ut ferret commodius. hanc autem fraudem Prometheus ſubiecerat. Ita igitur circumuentus Atlas, depoſitis pomis, ſub cœlum iterum ſubijt. Ea, longa ſalute illi dicta, Hercules ſublata, ad Euryſthea detulit. Sed quomodo conuenit, ſi tamen in fabulis conuenientia eſt exquirenda, Atlantem uiſo capite Gorgonis, quod Perſeus oſtendiſſet, in montem mutatum fuiſſe, ut Ouidius quoq; retulit libro IIII *Metamorph. cum certe Perſeus Hercule antiquior fuerit, id eſt proauus ipſius? Prometheum Caucaſo affixum ab irato fuiſſe Ioue, notum eſt: additumq; aquilam qui iecur illius exederet, hancq; ab Hercule multis pòſt annorum mũlibus interfectam fuiſſe. Suntq; & de Cepheo & uxore Caſſiepea, & filia Andromeda & Perſeo genero, notæ fabulæ, expoſitæ et ipſæ ab Ouidio paulo antè memorato libro. Atq; illæ hiſtoriæ accommodatæ ſideribus fuerunt, quemadmodum aliæ quoq; alijs, fortaſſe ut ἀπόρισμοὶ & facilius perdiſcerentur, & certius tenerentur.*

A D *Pythagoræ manauit ætatem.*) *Hunc tradunt Pherecydem audiſſe, cuius ætatem attingunt illi qui ſeptem ſapientum nomen in Græcia habuere. Ipſe floruit poſt hos, Dario filio Hyſtaſpis Perſarum tenente regnũ. quibus temporibus & Polycrates tyrannus fuit Sami, quem Pythagoras fugiens, in Italiam ueniſſe traditur. fuiſſe autem et inde oriundum, quippe Tyrrhenum, gemmarum ſcalptoris filium. De quo tamen aliter de ſermonibus Phliaſiorum & Sicyoniorum, Pauſanias λοιπὸν ἐπιχωρίοις. Scribit enim, Hippaſum Phliaſium recuſantem parêre Dorienſibus, quorum imperio Phliaſij ſe ſubiecturos eſſe conſtituiſſent, cum alijs quibuſdam in Samum ſe contuliſſe. Huius Hippaſi quartam ſobolem eſſe Pythagoram, filium Mneſarchi: cuius pater fuiſſet Euphron, filius Hippaſi.*

P R N C I P E *Phliaſiorum.*) *Phlius, unde παρὰ ἀναλογίαν fit Phliaſius, cum deberet eſſe Philuntius, ut Opuntius: uel Phliuſius, ut Siduſius. Nam Phliantem nomen loci indidiſſe hoc uolunt, ut & Pauſanias ſcripſit, cum antè eſſet Arethyrea, quod & apud Homerũ ut antiquius ponitur. De hac autem forma Cicero, Attico ſcribens, ita: Phliaſios dici ſciebam, & ita fac ut habeas, nos quidem ſic habemus. Sed primo me ἀναλογίᾳ deceperat, φλιοῦς, ὁῶος, σιῶος, ἱππώτης, σιῶώτης. Sed hoc continuo correximus. libro ſexto. De hoc autem Phliaſio ſermone ita Laërtius,*

ἐπῶείμ καὶ τὸν βίον ἐκλιχνᾶσι πανηγύρει. ὡς ἂν εἰς ταύτλῳ οἱ μὲν ἀγωνιόμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι θεαταί,

θεαταὶ, ὅτως γὰρ τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις ἔφη φύονται, δόξης καὶ πλεονεξίας θηρατὰι, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας.

ARCHELAVM.) Hic fuit Mileſius, Ionicæ ſectæ, auditor Anaxagoræ cognomento phyſici, quod et ipſe habuit. cenſuit natura nihil eſſe neq; honeſtum neq; turpe, ſed opinione & more.

M. Attilio.) Attilius Xanthippi Lacedæmonij conſilijs uictor in Africa circumuentus, & captus fuit: quæ hiſtoria copioſe expoſita eſt à Polybio, primo libro. quam auxit egreſſiuncula quadam, de utilitate cognitionis talium caſuum. ubi & uerſum Euripidis poſuit, ὡς ἓν σοφὸν βάλσιμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ. De Atilio multa in III Officiorum. De Cepione in Epitoma Liuiani libri LXVII. hoc legitur, Victum exercitum populi Romani à Cimbris, & Q. Seruilium Cepionem, cuius temeritate clades ea accepta eſſet, iuſſu Populi Romani condemnatum, bonis illius publicatis, & imperio abrogato. Legitur & in Epitoma libri LXXIII. Quintum Cæpionem quendam à Marſis circumuentum, amiſſo exercitu cecidiſſe. ſed de priore accipiendam hanc mentionem puto. De Aquilio reo repetundarum, in Epitoma lib. LXX. & de Orat. II. Hos igitur omnes uiros fortiſſimos aduerſa fortuna uſos ſignificat.

SITIENTEM.) Egregijs metaphoris uſus eſt. Nam ſitim de cupiditatibus & alibi poſuit. Et Græci ita hoc uerbo uſi ſunt, de uehementi deſiderio.

GEOMETRAE.) Vt exempli cauſſa, triangulum habere omnes æquales duobus rectis &, ὅτι τῶν ὀρθῶν ὑποτείνουσα, ἰσοσκελὴς τὰς πορισχέσας. et, τῶν διάμετρον ἀσύμμετρον εἶναι.

NAM Xerxes.) Refertur ab Athenæo lib. III. generaliter οὐδὲ πρόσθεν βασιλεὺς ὑπὸ τρυφῆς πολιτεύσασθαι τοῖς ἐφοδεύσασι γῆν καὶ νῆσον ἥδιον ἀργυρίου πλῆθος.

NEQVE enim unquam.) Inueniet, uel inuenerit, legendum puto. & mox: Putat etiam ut ſit bonum aliquod. In Venetis, Si ſit bon. Ego non uideo cur illam ſcripturam improbem. Et paulo pòſt: Quæ ſcripſit Antiochus locis pluribus. hæc in Venetis libris multo aliter: cum in hac lectione nihil reperiam incommoditatis.

ENVCLEARE.) id eſt, preſſe & ſubtiliter diſputando exquirere. tenuiter enim quaſi euoluta & explicata, ea uocarunt enucleata, tranſlatione manifeſta.

Tria

TRIA genera.) Vt bonorum, ita & malorũ tria genera fecerunt ueteres: animi, corporis, fortunæ. quorum animi propria & sua cuiusq;, reliqua externa quædam: itaq; & τὰ ἐκτὸς uocarunt, id est, ut mox Cicero, extra nostram potestatem posita. etsi externa hæc, proprie fortuita quæ essent dixere. Sed hæc omnibus fermè nota sunt. De Callisthene Theophrasti & antè facta mentio. Versus autem græcus, quem hoc loco Cicero latinum fecit, ita habet,

τύχη τὰ δυπτῶ πραγματ' ὀκ βυβλία.

Contra quam sententiam multa & Plutarchus ἐν τῷ περὶ τύχης.

SI Dis placet.) Nunc εἰρωνικῶς. ut, Ille bonus uir nobis psaltriam, si Dis placet, parauit.

OCCVPAVI.) Plutarchus περὶ εὐθυμίας, Græca refert uerba, πεκατέλημμαι σέ, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφίεμαι παρέισδυσιν.

TABELLIS obsignatis.) Figura prouerbiali, qua & in oratione contra Pisonẽ usus est: Græcus primo distinguere atq; diuidere illa, quemadmodum dicerentur. Iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod acceperat testificari, tabulas obsignare uelle. Apparet de syngraphis, aut etiam testamentis ductam esse translationem.

NOS in diem.) Significatur hac forma sermonis quasi statutum tempus, & datus, ut dixere, dies. ut in formula emtionis, quæ refertur L. prima, Digg. de in diem addictione. In diem emtio ita fit: Ille fundus centum esto tibi emtus. nisi si quis intra calend. Ianuar. prox. meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat. Terent. In diem est quod minitare Parmeno: id est, nondum præsens. Ita nunc ait, se uiuere in diem: id est tenere tam diu atq; defendere aliquid, dum afferat dies aliud probabilius. & in secundo de Oratore, Barbaros in diem uiuere: id est, mutare consilia pro tempore. & simili sensu in II. Philip. non solum de die, sed etiam in diem uiuere, id est temporis beneficio uti.

VELVT in Gorgia.) Placuit Græca uerba ascribere, ut uolentibus (omnes aũt utriusq; linguæ studiosi uelle debebũt) esset in promtu collatio. ΘΩΛΟΣ. Ἀρχέλαον λίθον τὸν πρόλιθα ὁρᾷς, ἄρχουσα μανιόλας. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε. ΠΩ. ὀλλαίμων ὃν σοι λοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; ΣΩ. ὀκ οἶδα, ὦ θῶλε. ὁ γὰρ θεὸς συγγέγονα τῷ ἀνδρί. ΘΩ. τί λαὶ συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως

δὲ αὐτόθεν γινώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ; σω. μὰ Δία γε ἔπαγε. ωω. ἔπαγε δή, ὦ σώκρατες, ὅτι δὲ τὸν μέγα βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. σω. καὶ ἀληθῆ γε λέγω. ὁ γὰρ οἶδα παιδείας ὅσως ἔχει, καὶ δικαιοσύνης. ωω. τί δὲ σὺ τούτῳ πᾶσαν ἡ εὐδαιμονία δοκεῖ; σω. ὡς γε ἐγὼ λέγω, ὦ πῶλε. τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ γυναῖκα, εὐδαίμονα εἶναί φημι. τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρόν, ἄθλιον. πῶ. ἄθλιος ἆρα οὗτός ἐστιν ἀρχέλαος, καὶ τὸν σὸν λόγον. σω. εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος. Ex Epitaphio. ὅτῳ γὰρ αὐδοὶ εἰς ἑαυτὸν αὐήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἔγγυς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἀναγκαῖον, καὶ τὰ ἐκείνου τότῳ ἄρισα πρεσβεύσαι ζῶν, οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων, καὶ ὅτος ὁ ἀνδρεῖος, καὶ φρόνιμος. οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παιδῶν καὶ διαφθειρομένων μάλιστα πείσεται τῇ προοιμίᾳ. ὅτε γὰρ χαίρων ὅτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὐτὸ πεποιθέναι. Sed in hac Ciceronis cõuersione quædã à Græcis dissentiunt, ut aliter illũ legisse hæc existimari possit. Primũ enim illud omittitur, quod in Græcis legimus, οὗτος ἔγγυς. Est enim talis sensus, quæ ad uitã beatã, uel propè ducunt. Deinde ubi Cicero, Hic et cadentib. et nascentibus cũ reliquis cõmodis tũ max. liberis. Cum, ut nos Græca exposuimus, tale quiddã significetur: Hic cũ nascentibus & facultatibus & liberis, tũ etiã occidentibus in primis parebit uerbo isti ueteri. Fieri aũt potest, & licet suspicari, ita hæc legisse Ciceronẽ. ὅτῳ γιγνομένων χρημάτων καὶ διαφθειρομένων καὶ παιδῶν μάλιστα. Nã nõ attendisse, et de nostra scriptura hoc fecisse, etsi mirabiles etiam eruditiss. nebulas errorũ sæpenumero obijci scimus, tamen mihi sentire aut dicere religio fuerit.

STIRPIBVS suis.) Græcis φυτὸν est, cuius species δένδρον, θαμνὸς, φρύγανον, πόα, arbor, frutex, sarmentum, herba. Sed stirpium aliæ semper uirent, quæ ἀείφυλλα. alijs decidunt folia, quæ φυλλοβόλα dicuntur. Alia est differentia ἡμέρων & ἀγρίων, quæ sunt Plinio mites ac urbanæ, & siluestres. Sunt ἀνθηρὰ, quæ flores ferunt. ἀνανθῆ, quæ flores non ferũt. καρπίμα, quæ fructus ferunt. ἄκαρπα, quæ non ferunt. Frugum autem appellatione omnia significantur, quæ stirpibus & ad usum animantum & propagationem nascuntur. est enim σπέρμα σὺν τῷ ὡρικαίῳ, fructus.

Sed

Sed baccæ sunt, ut oleæ et lauri, quas à Græcis peculiariter appellatas fuisse nondum notauimus. Bestiarum autem aliæ sunt ἔνυδρα, aliæ χερσαῖα. τ χερσαίων sunt πτηνὰ, uolucres. ἑρπετὰ, serpentes. In gradientium genere sunt δίπoδα, τετράπoδα, πoλύπoδα. ἔνυδρα aut πλωτὰ, sunt natantes. Item bestiarum aliæ sunt μοναδικὰ, soliuagæ. aliæ ἀγελαῖα, congregatæ. aliæ ἄγρια, immanes. aliæ ἥμερα, cicures. Terra autẽ tectæ, φωλιάδωτὰ sunt.

ILLVD LACONIS dictum, &c.) Plutarchus dictis Laconicis, πρὸς δὲ τὸν μανθάνοντα λαμπωνα τὸν Αἰγινήτην, διότι ἐν δέκα πλησιώτερον ἐν ναυπηγείᾳ πολλὰ ἔχων, λαμπωνα ἔφη, ἀ πρόσεχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ χοινίων ἀπηρτημένη. Huius Lãpidos & alibi Plutarchus meminit, ut ualde diuitis. Qui interrogatus aliquando quo pacto diuitias peperisset? Magnas, respondit, facile: sed minutas, maximo cum labore. alibi λάμπωνα legitur. fit & ab Herodoto mentio Lamponis Aeginetæ, Δαλλιόπης.

COMPACTA fortuna.) Apta alibi. id quod uerius puto, & ad græcum Plutarchi uerbum respondet. O fides alma apta pinnis. Et, Cœlum stellis ardentibus aptum.

EPAMINONDAS.) Epigramma extat in Bœoticis Pausaniæ.

ἀμετέραις βουλαῖς ἀπάρτι μὲν ἐκλάσθη δόξα,
μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ λέχεται.
θήβη δ' ὁπλοῖσιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
αὐτονόμῳ δ' ἑλλὰς πᾶσ' γὴ ἐλευθερίῃ.

Nos ita aliquando uertimus.

Consilijs nostris detonsa est gloria Spartæ,
Et Mesana iterum cultor in urbe frequens.
Victricemq; gerunt Thebarum mœnia laurum,
Et gaudet posito Græcia seruitio.

Ἀ sole.) Hos uersus ita in Venetis libris perscriptos reperimus,

Ἀ sole exoriente supra Mœotis paludes,
Nemo est qui factis me æquiparare queat.

Nos aliquando ita suspicati sumus non male illos legi posse,

Ἀ sole exoriente supra Mœotida nemo
Est, qui me factis æquiparare queat.

Quod non ideo refero, quasi Venetam scripturam improbem, quæ

fide nititur ueterum exemplorum: ſed ut intelligeretur, quid illa ope deſtitutis nobis aliquando in mentem ueniſſet. Nam Mæotida, & Mæotin ſingulari numero, certe uocarunt paludem Scythicam, effluentem in Pontum Euxinum, quam & matrem Ponti nominarunt, ut Herodotus ſcripſit μητρομένην. Videtur autem Ennius hac figura orationis uniuerſum orbem terrarum ſignificare uoluiſſe, ut exoriens ſol matutinam & auſtralem plagam, Mæotis palus ſeptentriones & occaſum deſignaret.

C. Lælij.) Hiſtoriæ, quibus Cicero exemplorum uice ad probandum hoc loco utitur, partim notæ, partim expoſitæ ad requirendum, partim etiam ab ipſo Cicerone ſatis explicatæ ſunt.

ACCIPERE quàm facere.) Socratica ſententia, indicata multis in locis à Platone, & diſputata accuratè in Gorgia, ὅτι κρεῖττον ἐστὶν τοῦ ἀδικεῖν τὸ ἀδικεῖσθαι, μεῖζον μὲν κακὸν φάναι τὸ ἀδικεῖν, ἔλαττον δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι. Cum duo hæc propoſita ſint, iniuriam facere & accipere, exiſtimandum maius eſſe malum facere, minus accipere.

DIONYSIVS.) De Dionyſio ſcripſit accuratè Philiſtus. & ſi aſſentatus illi in plæriſq; putatur, ut reconciliato tyranno, à quo in exilium actus fuerat, reditus ſibi patêret in patriam. de hoc iſto quoq; loco nonnulla, ut uidetur, autore Cicero tranſtulit, quemadmodũ & illud de equo ſummerſo uoraginibus in agro Leontino, libro primo de Diuin. A poſterioribus, tanti tyranni neq; initia neq; incrementa ſatis diſerte tradita ſunt. Xenophon libro ἑλληνικῶν ſecundo, ſcribit regnum Syracuſis occupaſſe Dionyſium Hermocratis filium, ijs temporibus belli Peloponneſiaci, quibus Athenis triginta tyranni fuerint. Polybius libro primo in huius tempus captam urbem à Gallis confert. fuiſſe autem illo antè duce Carthaginienſium maximas copias fuſas & profligatas, qua occaſione uſum ad inuadendam tyrannidem ueriſimile fit. Plutarchus in Apophthegmatis, ſcribit hunc dicturum ad populum, pro more ſortitum, & obueniſſe ei notam literæ M. tum per iocum dixiſſe quendam, μωρολογῆς Διονύσιε, cum ſtultitiam in dicendo ipſius derideret. ſed Dionyſium acutè dictum conuertiſſe, Imò enim, inquit, μοναρχήσω, id eſt regnum obtinebo. Quod ſi huius pater Hermocrates fuit, & is quidem filius Hermonis, bonis certe parentibus & honeſto loco ortus fuit. Nam Hermocratis unius prudentia & autoritate perfectum ſcribit Thucydides, primum ne Syracuſæ traderentur

rentur Atheniensibus, deinde ut Athenienſium tantus exercitus, cum ciuitatis illius exitiali clade deleretur. De quo ut dubitẽ, in cauſſa eſt quod apud Plutarchum legitur in uita Dionis, duxiſſe initio Dionyſium Hermocratis Syracuſij filiam. Hermonis enim neptem uidetur ſignificare: neque ueri eſt ſimile, ſororem cum fratre nuptam fuiſſe.

CONVENIS.) τὸς σωματοφύλακας & μισθοφόρους συμμίκτους τινὰς καὶ σωϋλυσίας ἀνθρώπους dicit.

REGIAE uirgines.) Plutarchus paulo aliter in Dione. ἔτω γὰρ ἦν ἄπιστος καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος δι' φόβου ὁ πρότερος Διονύσιος, ὥστε μὴ δὲ ἢ λιφαλῆς τὰς τρίχας ἀφελεῖν λιτρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλησίων τις ἄνθρακι τὴν κόμην περίκαιεν. Dionyſius ſuperior uſq; adeò fidem nemini, & ſuſpectos omnes habebat, ut præformidine ne tonſorium quidem ferrum ad capillum admitteret, cum accerſitus fictorum aliquis carbone illum amburet. Hoc conſtituiſſe hunc credibile eſt poſt illud tonſoris dictum, qui gloriatus ſuiſſet, ſe paucis quibuſq; elapſis diebus nouaculã admouere collo tyrãni. quẽ et cognito hoc, Dionyſius cruci affigi iuſſit, ut retulit Plutarchus ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχίας.

SIC diſtrahuntur.) εἰρωνικῶς. ut hoc,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Impotentium autem, τῶν ἀνιάτων nunc dixit, & qui ſint impotes animi.

DAMOCLES.) Δαμοκλῆς, & Dorice Δαμοκλᾶς. ab Athenæo inter poſterioris Dionyſij κόναλας, huius, ut opinor, mentio fit.

PYTHAGOREIS.) Damon & Pythias hi nominantur in Offic. lib. III. In Plutarcho περὶ πολυφιλίας ſcribitur Φιντίας καὶ Δάμων.

POETAM etiam.) Fuiſſe inprimis poëticæ ſtudioſum Dionyſium ſuperiorem traditur. Sed & filium huius, cum aliarum literarum & doctrinæ, tum poëtices eruditionem ardenter appetiſſe accepimus, cuius & gloriantis uerſum alicubi hunc Plutarchus expoſuit,

Δωρὶς δ' ἐκ μητρὸς φοίβῳ ξοινώμασι βλασῶν.

Nam Doris Locrenſis genere, huius mater fuit: quemadmodum & libro tertio ſuprà à nobis dictum. Sed ſuperior cum tragœdias ſtudioſe factitaret, & illis ſibi mirifice placeret, indigniſſimè ferebat non modo ſi quis ſua poëmata reprehenderet, ſed ſi omnino non probaret. Ideoq; & Philoxenum, cum recitata nollet laudare, in Latomias conjectum, ſæpiuſcule

quidem Lucianus narrat. qui & inter uersus illius hunc refert,
ἀὼρῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν.
Addit & hoc, comparasse illum magno studio tabellas, in quibus Aeschylus tragœdias perscribere solitus fuisset. Athen. lib. IX. uersus exponit ex Dionysij tyranni Adonide. Plut. de Alexandri uirtute aut fortuna, hunc ex tragœdia Dionysij uersum memorat.
ἢ γὰρ τυραννὶς ἀλιτήρια μιτὴς ἔφυ.
Sunt qui Antiphontem ab hoc interfectum tradiderint, irato, quod tragœdias reprehendisset suas, ut scripsit Plutarchus in uita Antiphontis.

CVM Aquinio.) Aut poëtam non admodum bonum hunc fuisse intelligendum, aut poëtarum familiarem. aut nescio quem: nihil enim habeo compertum. Hoc autem, id est sua cuiq; maxime placere, generaliore sententia posuit, Attico scribens lib. XIIII. Accipe à me, mi Attice, λαθολικὸν
» θεώρημα earum rerum, in quibus exercitati sumus satis. Nemo unquam
» neq; poëta neq; orator fuit, qui quenquam meliorem quàm se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. & paulo pòst: Quare sine quæso quenq;
» sibi scribere, cuiq; suam sponsam, mihi meam: suum cuiq; amorem, mihi
» meum. Non scite. hoc enim Attilius poëta durissimus.

FACINOROSIS.) Hoc Athenæus lib. VI. de Dionysio & Philippo traditum refert, utrumq; honestorum hominum consuetudinem refugisse, & delectatũ fuisse nihili ac futilibus & scurris ac assentatoribus. quin etiam cupide utrumq; subleuasse eos, qui patrimonia ebrietate & alea absumsissent.

ARCHIMEDEM.) Per occasionem elegans ἀνάγνωσμα inserit, de reperto à se Archimedis sepulcro. qui nobilissimus geometra, interfectus fuit à militibus captis Syracusis à Marcello.

AGRAGIANAS.) ἀκράγας est Græcis urbis nomen, à fluuio. quo & Virgilius usus, Arduus inde Agragas — Forma autẽ Latina dixere Agrigentum. unde Agrigentinus. sed & à græco ἀκραγαντῖνος fit. De hac igitur forma quærendum diligentius. Significari enim certe portas puto, quà Agrigentum petentes tendere solerent.

COMMITTITVR.) In Venetis, comitatur: id quod mihi nequaquam displicet. Nam & in sequentibus comitatur huic uitæ dixit. & cum tarditate animorum non facile coniungi uirtutẽ, sic rectius intelligi uidetur. Hæc autem luculenta omnis doctrinæ, id est philosophiæ partitio, & ipsa Stoica est, Stoici enim, τὰ φιλοσοφίας τρία μέρη esse tradidere, λογικὸν,
ἠθικὸν,

ϑδινὸν, φυσινὸν, cui addidere disputationem de Natura deorum.

SVOS quæq;.) Omnino sunt hæc talia, ut hominis eruditi animum contemplationis suæ uoluptate summa afficere necesse sit. ideoq; splendidam ubiq; Cicero mentionem motuum facit.

DELPHIS præcepta.) Nam ut alibi retulimus, in foribus Apollinis Delphici præscriptum, & relatum à quibusdam ad Apollinem autorem hoc dictum fuit, γνῶθι σαυτόν. De quo Plutarchus contra Colotem ita, ὁ δὲ ἡράκλειτος, ὡς μέγα λι καὶ σεμνόν λι λιαπεπραγμένος, ἐλι ζητάμλιω φησὶν ἐμεωυτόν, καὶ τῶν γὰρ λιελφοῖς γραμμάτων θειότατόν ἐδόκει ὸ, γνῶθι σαυτόν. ὁ λιὴ καὶ σωφρόνει ἀφελίας τὴν ζητήσεως ταύτης ἀρχλιὰ γένλιωκεν, ὡς ἀριστοτέλης γὰ τοῖς πλατωνικοῖς εἴρηκεν.

PVTAS.) Putabas, Veneti. Nascuntur autem uiolæ ac rosæ amœnissimo anni tempore, et sunt flores ipsi suauissimi ac delicatissimi. itaq; mentione uiolarum ac rosarum significauit Cicero uitam delicatam et mollẽ.

À laqueis.) Subtiles dicit conclusiones Stoicorum, quibus animi implicentur, & capti hæreant. quas alibi spinas.

COELVMQVE contingant.) Id est, emineant & excellant ad eximium quendam modum. ὑπερβολὴ prouerbialis, qua & Horatius usus, Sublimi feriam uertice sidera. Et Cicero Attico scribens: Bibulus in cœlo est, nec quare, scio. sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituat rem. lib. II. Et eidem: Hortensius quàm plena manu, quàm ingenue, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit?

FACES.) terrificat, & grauissime affligit. est enim ignis & ustionũ acerrimus dolor, quas & Hippocrates inter ultimas medicinas ponit.

NVDI ætatem.) De duplicibus Indicis sapientibus traditum est à ueteribus, Brachmanibus illis præstantissimis, & his longe inferioribus gymnosophistis, de quibus hoc loco mentio fit.

MVLIERES uero in India.) Herodotus τριχόξυ, de Thracicis mulieribus hoc tradidit, eorum qui supra Crestonios loca incolerent. Vnumquenq; autem habere illic uxores complures. Mortuo autẽ uiro, & ipsas mulieres mirifice disceptare inter sese, & amicos uehementissime contendere, ut reperiant eam quam uir maximo amore complexus fuerit. quo dijudicato, uictricem in hoc certamine cùm alijs tum uerborum honore affectam duci ad bustum mariti, ibiq; mactari à proximo cognato, atq;

ita

ita iuxta maritum sepeliri. Alias autem discedere uictas cum summo dolore, seq; miserrimas esse ducere. Nullum enim in illa gẽte muliebre probrũ hoc ipso maius existimari. Sed plæriq; alij omnes de Indicis mulieribus hanc historiam tradidere: & isti nauigatores nuperi idẽ narrant. Nosq; audiuimus de quodam, qui affirmaret uidisse hoc se oculis suis. Plutarchus in libello quo differit, ad infœlicitatem satis posse uitia, sic ait, ἐν δὲ Φίλανδροι καὶ σώφρονες γυναῖκες, ὥσπερ τὸ πυρὸς ὁρίζουσι καὶ μάχονται πρὸς ἀλλήλας. τῷ δὲ νικήσασαν τεθνηκότι τῷ ἀνδρὶ συγκαταφλεγῆναι, μακαρίαν ἄλλοσιν οὐ λοιπαὶ. Similiter & Propertius Indicas mulieres hoc facere indicat lib. III. elegantissimis uersibus, quos & ascribere placuit.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Namq; ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,
Vxorum fusis stat pia turba comis.
Et certamen habent leti, quæ uiua sequatur
Coniugium: pudor est, non licuisse mori.
Ardent uictrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntq; suis ora perusta uiris.

Exemplum autem huius moris descripsit copiose Diodorus lib. XIX. deq; etiam illo paulo aliter retulit quædam, hoc fermè modo ut sequitur. In castris Eumenis, inquit, tum accidit res admirabilis, & à Græciæ institutis alienissima. Ceteus enim quidam, unus ex Indicis ducibus, cum fortiter pugnasset in prælio ceciderat, duabus relictis uxoribus, quæ secutæ ipsum fuerant. de quibus unam paulo antè priori alteri superinduxerat: quæ ambæ magno amore fuerant eum uiuentem prosecutæ. Cum autem esset antiqua apud Indos consuetudo, ut adolescentes & uirgines non secundum parentum uoluntatem matrimonia contraherent, sed ita, si ipsi inter se conuenissent, accidebat ut tum plærunq; iudicia iuuenilis ætatis infelicius caderent, utq; pœnitentia ambo sæpenumero coniuges ducerentur. Vnde fiebat, ut multæ mulieres corrumperentur, et alienos amarent. Tandem cum honestam nullam speciem reperirent, qua maritos suos deserere possent, cœpere uenenis illos è medio tollere: adiuuante hæc consilia & regione referta uarijs ac nocentibus uenenis, de quibus aliqua præsentem letum

letum afferunt, si illita modo fuerint cibo aut poculis. Increbrescente autem facinore, multisq; uiris hoc pacto sublatis, quod supplicijs nullis sontium reliquæ à scelere deterrerentur, lata lex fuit, cum mortuis uiris, quæ superstites uxores fuissent, neq; liberos haberent, neq; grauidæ essent, ut exurerentur. Hoc autem recusantes, ne iterum unquam nuberent, utq; rebus diuinis & sacrorum ritibus arcerentur perpetuò, tanquam impiæ. Quibus sancitis peruersitas mulierum mutata fuit. Territæ enim magnitudine ignominiæ, cum mortem singulæ æquis animis subirent, cum coniugum salute perinde ac propria fuerunt solicitæ, tũ etiam de mortis societate non secus quàm summa laude contendêre. Id quod tũc quoq; usuuenit. Quod enim lege iubente una esset exurenda cũ uiro interfecto, exequiarum tempore ambæ affuere, non aliter quàm uirtutis præmium petentes societatem mortis. Recepere igitur milites causam dijudicandam. Ibi posterius ducta ostendere priorem esse grauidam, & lege ab interitu excludi. At hæc affirmare, se ut tempore, ita honore quoq; priorem esse oportere. Nã & alijs omnibus in rebus grandiores honore & ueneratione præstare. Milites autem re per obstetrices comperta, cum grandiorẽ uterum ferre constaret, sententiam tulere secundum iuniorem. Quo facto, illa uicta in iudicio discedere cum eiulatu, capitis ornatum dilanians, & crines euellens, quasi maximæ calamitatis nuncio accepto. Altera uero gaudens uictoria, redimita mitris à familiaribus mulieribus, exornataq; insignem in modum, quasi ad nuptias iret, ad rogum à cognatis deducebatur, qui canebant laudes uirtutis ipsius. Cumq; ad rogum uentum esset, detractum ornatum distribuebat suis amicis & familiaribus, quasi in memoriam caritatis. Erat autem ornatus, annuli in digitis plurimi, preciosis & uarijs gemmis conspicui. In capite uero magnus numerus stellarum aurearum, diuersi generis gemmis distinctarum. In collo magna copia monilium, quorum alia minora, alia semper ut ulteriora sic etiam maiora. Postremo consalutatis familiaribus suis, cum à fratre in rogum sublata fuisset, omnibus qui ad spectaculum confluxerant admirantibus, heroicè uitam finiuit. Vniuersus enim exercitus antequam rogus accenderetur, ter armatus circumijt. Ipsa autem acclinata uiro, igne iam inualescente, nullã uocem humilem emisit. Itaq; qui spectabant, alij misericordia moueri, alij non posse modum facere laudandi. Græcorum uero plærisq; lex ea uideri inhumana & sæua. Hæc etsi longiora, tamen ut exemplum tam mirabilis moris, ascribere uoluimus.

MALO'QVE more.) *usu & consuetudine uitæ. Significat autem mos & σωήθειαν, ut hoc loco: cùm usurpatione diuturna, aliqua iam quasi legis uim obtinuerunt, quæ sunt νόμιμα, & Herodoto νόμαια, & omnino νόμος, sæpenumero uitiosissima, ut scortatio uirginum Lydarum, & humanæ atq; adeò patriæ carnis cibus apud Indos, & latrocinia Germanorum. Ita & Plautus Menæchmis: Vt hoc uiuitur more morum moleſto maxime omnium. Atq; uti quiq; optimi sunt, maxime morem hunc habent. Significat et τρόπον. ut, Cuius mos maxime est cõsimilis uostrûm. sed tum plurali in numero frequenter ponitur: Id cum studuisti, isti formæ mores ut consimiles forent. De Aegyptiorum autem moribus copiosa extat narratio apud Herodotum, ἐν Εὐτέρπῃ.*

TAMEN fieri.) *Similiter quidem & alibi reperitur hæc particula, id est ἀνακολούθως, cum soleat respondere ad quamuis, & si, quanquã: ut sit ἀποδόσις aduersatiua conditionis. Libro suprà III. Nos autem non solum audeamus ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras euellere, tamen aliquid relinquetur fortasse, ita sunt stirpes altæ stultitiæ. Intelligitur enim plena sententia talis quædam: Etsi enim hoc factum erit, tamen relinq. Quibusdam autem placuit, Tametsi hoc loco: id quod ne mihi quidem improbatur.*

NON officio.) *Id est, non solum ut debeat, sed etiam ut possit ita uiuere. Multa enim sunt in præceptis absolutiora, quam ut præstari possint. Cuiusmodi in Stoicis plurima esse creduntur. Et dixit Aristoteles etiam hoc præclare, δεῖν μὲν πολλάκις διαφαυλίζειν, μηδὲν μέντοι ἀδύνατον.*

RETRACTATIONE.) *dubitatione, & quasi tergiuersatione. iussit enim suprà libere & clara uoce eloqui sententiam de uita beata. sic in primo libro: Veniet tempus, & quidem celeriter, & siue retractabis, siue properabis, uolat enim ætas.*

NVLLIVS autoritate.) *Socraticum hoc esse uolunt, exquiri de unaquaq; re proposita id quod maxime ueri simile esse uideatur. Itaq; ille apud Platonem Charmidi hoc dicit, πάντως γὰρ δὴ τοῦτο σπερμολόγον, ὅστις αὐτὸ ἔφυ, ἀλλὰ πότερον ἀληθὲς λέγεται, ἢ οὔ. De Finibus autem & alibi à Cicerone copiosè disputatur, & huius disputationis certi sunt libri illius, & à nobis iam etiam antè aliquid dictum est.*

ANACHARSIS.) *Hæc epistola græce ita fertur:*
ἀναχάρσις ἀννωνι. ἐμοὶ μὴ πρεσβύτερα χλαῖνα σκυθικὴ, ὑποδήματα λόριμα

μα λόβμα πολῶν, λοίπη δὲ πᾶσα γῆ. λεῖπνον καὶ ἄριστον, γάλα & τυρὸς, καὶ λιτέας ὀπτόν. πιεῖν, ὕδωρ. ὡς ἂν ἄγοντός με σχολὴ, ὧν οἱ πλεῖστοι ἕνεκεν ἀσχολοῦνται, πράγματός μέ, εἴ τινα με χρείαν ἔχεις. λῶρα δὲ οἷς γυμνοῦσθε, ἀντιλωρεῖμαί σοι. ὑμεῖς δὲ ὅσοι λαμπρύνεσθε εἰς χάριν σὴν ἀνέβητε θεοῖς. Ex his apparet quid dixerit solorum callum. solum enim est planum pedis imi, quæ pars & planta dicitur. callum uero σκληρότης quiddam in musculis: ut aprugnum callum. Est autem callus, & callum.

SOCRATES in pompa.) Pompas dixere apparatus sacrorum, ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι τοῖς θεοῖς. hæc enim erant quædam deductiones uictimarum, cum quibus ad templa deorum procedebatur. Socratem autem in uita sua in primis exercuisse se ad αὐτάρκειαν, id est ut quàm paucissimis contentus esset, scimus. unde & illa Cynica disciplina nata mendicitatis. Simile autem quiddam de Socrate Plutarchus refert, in libello de Acquitate animi. Socrates, inquit, cum audiret unum de amicis querentem, nimis esse sumptuosam ciuitatem: uenire enim uinum Chium mina, purpurã tribus minis, mellis heminam denarijs quinq;: prehensum illum abduxit ad polentas. En, inquit, modius dimidiatus obolo uile est. Inde ad oleas, semisse sextarios duos. mox ad lacernas, decem denarijs uile est. Sed græca quoq; uel nostræ uersionis caussa, quam satis commode illa interpretari confidimus, placuit ascribere. ὁ σωκράτης ἀκούσας τινὸς τῶν φίλων λέγοντος, ὡς πολυτελὴς ἡ πόλις, μνᾶς ὁ χῖος οἶνος, ἡ πορφύρα τριῶν μνῶν, τὸ μέλιτος ἡμιεκτὸν χοίνικος ἀγόντες ἀγαχμῶν, λαβὼν αὐτὸν προσήγαγε τοῖς ἁλφίτοις, ὀβολοῦ τὸ ἡμιέκτιον, εὐτελὴς ἡ πόλις. εἶτα ταῖς ἐλαίαις, λυσὶ χαλκοῖς ἡ χοῖνιξ. εἶτα ταῖς ἐξωμίσι, λέπαι ἀγαχμῶν, εὐτελὴς ἡ πόλις. De Xenocrate, et hoc dono talentorum quinquaginta, & dictum Alexandri refertur à Plutarcho inter ἀποφθέγματα βασιλικά. Est autem summa hæc ad duodecies, & nummi horum temporum ad coronatorum triginta milia. Triginta autem minæ sestertia erunt XII, coronati trecenti.

DIOGENES.) Hoc narrauit uerbose & eleganter Plutarch. in Alexandro. cum non uenisset ad Alexandrum Diogenes, ut sperauerat, ipse Corinthũ ad eum in Craniũ, ubi diuersabatur, accessit. cũq; compellasset, interrogauit, Num quid uellet? tum Diogenes, μικρὸν, ἔφη, ἀπὸ τοῦ ἡλίου μετάστηθι. In Venetis, eleganti ἀλληγορίᾳ legitur: Nunc quidem paulum, in-

quit, à sole. idq; uerum esse iudico. Apricari autẽ est ἡλιάσθαι, seu θέρεσθαι.

GENERA diuisit.) De quo & in primo de Finibus, & in II. ubi diuisio hæc reprehenditur ut uitiosa, quod non tria hæc genera sint cupiditatum, sed confusa species in hac, quam ibi partem uocat. Debuisse enim ita facere: Cupiditatum duo esse genera, naturales & inanes. naturalium item duo, necessarias & non necessarias. Atq; ita fecit Plato octauo πολιτείων, distinguens atq; definiens, id est δειῶν μὲν & τὰς ἀναγκαίας ἐπιθυμίας, καὶ τὰς μή. Cicero autem & hoc reprehendit secundum Stoicorum placita, de quo nos disserere necesse non est. Diuisio autem Epicuri in eo libro exposita, quem inscripsit κυρίας δόξας, refertur à Laërtio in uita illius his uerbis. τῶν μὲν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, ἀλλὰ πρὸς κενὴν δόξαν γινόμεναι.

PTOLEMAEVS.) De Artaxerxe simile quiddam narrat Plutarchus in dictis regum. Quadam in fuga amissis impedimentis, oblatas ficus siccas & panem hordeaceum cum comedisset, maximæ se uoluptatis dixisse ad illud usq; tempus expertem fuisse. De Dionysio quod hic dicitur, Plutarchus ibidem hoc modo. λοιμαζομένῳ μᾶλλον ἢ τῷ μέλανι λεγομένῳ ζωμῷ, ὥστε μὴ κρεανλίκ' εἶναι, λέγεται διονύσιος ὁ σικελίας τύραννος τὸν χαλκὸν λακωνικὸν μάγειρον πρίασθαι, καὶ πρόσαξαι σκυλάσαι αὐτῷ μηλωνὸς φειδόμενον αὐαλώματος, ἔπειτα γλυσάμενον καὶ λυχεράναντα ἀποπῦσαι. καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ζωμὸν γυμνασμῷ λακωνικῷ, τῷ δυρώτας ἑψᾶσθαι. De item Persico πανελείας λύρας ita Xenophon. ὁ πρὸς μητρὶ σιτοῦνται οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ πρὸς τῷ διψᾶσκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φορέονται δὲ οἰκοθεν σῖτα μὲν ἄρτους, ὄψον δὲ ἕκαστος, ὅτου ἂν λάβῃ λαμον, πιεῖν δὲ ἔνεστιν ὕδωρ, ἐὰν δὲ τοῦ ποταμοῦ ἀφύσασθαι. De Socrate autem Athenæus sic lib. 4. σωκράτης δὲ πολλάκις καταλαμβάνετο διαπορῶν ἑαυτοῦ ἔσπερας βαθείας πρὸ τῆς οἰκίας, καὶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο θαυμαζόμενος, τί ποτε λέγων; ἔλεγεν, ὅτου σιτάριον πρὸς τὸ δεῖπνον. Socrates sæpe deprehendebatur uesperi profunda obambulans ante domum. Interrogatusq;, Quid'nam illo adeò tempore? respondebat, se colligere ad cœnam obsonium.

Timotheum

TIMOTHEVM *clarum.*) Athenæus libro decimo, τιμόθεον δὲ Κόνωνος ἐκ τῶν πολυτελῶν καὶ στρατηγικῶν δείπνων παραληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ γυμνάσιον συμπόσιον, καὶ ἑστιαθεὶς, ἀφελῶς ἔφη καὶ μουσικῶς, ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνοιντο. ἡγήσανδρος δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἔφη, ὡς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ Τιμόθεος ἀπαντήσας τῷ Πλάτωνι εἶπεν, ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν ἢ τὴν παροῦσαν ἡμέραν. *Timotheus Cononis filius, acceptus à Platone post sumtuosas & imperatorias cœnas, conuiuio apparato in Academia, cum cœnatum fuisset, simpliciter & appositè dixit, eos qui apud Platonem cœnarent, etiam postridie bene se habere. Hegesander autem in Commentarijs tradidit, postero die obuiam Platoni factum Timotheum dixisse, Vos, ô Plato, iucunde cœnatis magis in posterum diem quàm in præsentia.*

DIONIS *propinquos.*) Hic Dion Hipparini filius fuit, cuius filia Aristomache soror Dionis, nubsit Dionysio patri. Dionysius tamen filius non ex hac, sed ex Locride nomine Doride susceptus fuit, ut dictum est. Hic liberatis Syracusis tyrănide, nefaria perfidia Callippi Athenien sis fuit interfectus. πρὸς τοῦτον τὸν Δίωνος οἰκείους καὶ φίλους præclara illa epistola de maximis rebus grauissime à Platone scripta fuit. In qua ista sententia ponitur, his uerbis. ταύτῃ μὲν τῇ διανοίᾳ ἦλθον, εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ με, ὁ ταύτην λεγόμενος οὗτος βίος ὑμᾶς ἐλάμβανεν, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ συρακοσίων τραπεζῶν πλήρης, ἀλαμῶς ἔρρωτο, δίς τε ἢ ἡμέρας ἐμπιπλάμενος ζῇ, καὶ μηδέποτε διαμένων μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτῳ ἑπόμενα ἐπιτηδεύματα ἐπιτήδειά ἐστι βίῳ. ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐτῶν, ὅτ' ἂν φρόνιμος ἀνὴρ γένηται τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ὢν τιτηθεύων πλούσιος, ἀλλ' ὅπως θαυμασῇ φύσει διαθήσεται, σώφρων δ' ἀλλ' ἂν μελλήσας ποτὲ γενέσθαι. Quid autem scriberet, si uenisset in Germaniam, talem qualis nunc est luxu & crapula perdita? non enim à maioribus hunc morem accepit, sed ipsa λακωλαμώνασα usurpauit. ubi non bis modo uno die complentur, sed secundum comœdiam: πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δὶς ἡμέρας, διασειόμενοι δὲ κροτάλοις

ὑπὸ τῆ ἀπρᾴτου, λιφαλὰς ἔχοντ' τρεῖς ὥσπερ ἀρτεμίσιον.
Nam aliam turpitudinem uitæ huiuſcemodi comitem, etiam pudor commemorare prohibet: cum relicta à patribus profunduntur: cum ad ſumtus immodicos per fas & nefas reparantur: cum libidinibus liqueſcunt. Sed, παρεξίβλω γὰρ ἀλλόσε, *redeamus ad rem.*

SARDANAPALI.) *De hoc Athenæus libro* XII. *Sardanapalum Anacyndaraxis, uel ut alij tradiderunt, Anabaxaris filium, luxu & libidinibus perditum, conſpectum fuiſſe inter mulieres, ornatu et comtu illarum ab Arbace Medo, à quo & interfectum Duris, oppugnatum Cteſias, ſeq; ipſum in regia combuſſiſſe, ſcripſerit. Inq; illius ſepulcrorum effigiem poſitam eo geſtu, ut crepitum digitis edere uideretur, cũ inſcriptione tali:* SARDANAPALVS *Anacyndaraxis F. Anchialen & Tarſum extruxit uno die, nunc mortuus eſt. Eadem autore Amynta paulo pòſt ita exponit:* EGO REX *fui. Et quoad uixi, bibi, comedi, rei Venereæ operam dedi: cum ſcirem & breue eſſe tempus, quod hominibus ad uiuendũ conceditur, & uarijs mutationibus atq; afflictionibus obnoxium, quòd relictorum à me bonorum fructus futurus eſſet aliorum. Quare hoc facere, diem nullũ intermiſi. hæc ait in lapidea columna perſcripta Aſſyrijs literis, poſtea interpretatum uerſibus fuiſſe Chœrilum. Exponit & tertiam ſcripturam talem: Sardanapalus Anacyndaraxis filius, Anchialen & Tarſum extruxit uno die: Ede, bibe, lude, alia enim tanti ſunt. Quaſi illum crepitum digitorum diceret, quem effigies impoſita edere uideretur, ut ſuprà dictum eſt. Verſus autem referuntur ab Athenæo lib.* VIII.

εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι τοι οὔ τις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ ποτὲ μὲν βασιλεὺς εἰμι, νῦν μεγάλης βασιλεύσας.
κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν θρῴσκῃ
τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται,
ἡ δὲ σοφὴ Βιόφιο παραίνεσις, ὀλίγωστ' αὐδᾷ
λήσομαι, ἐλπίδω δ' ὁ θέλων γὰρ ἀπείρονα χρυσὸν.

Hæc poſſe commode mutari Chryſippus cenſuit, hoc quodam pacto,

εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
τερπόμενος μύθοισι, φαγόντι σοι οὔτις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ λιπὼν ἔφαγον ὡς πλεῖστα, καὶ ἡδέως

τοῦτ'

ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ τότων
ἐδλ' ἔπαθον, τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἡδέα πάντα λέλαφπαι.

Hæc ipsa etiam conuertimus, si cui forte bonarum literarum studioso hæc opella aliquid utilitatis allatura esset.

Esse scias cum te mortalem, dulcibus auge
Delectans animum, morientem nulla sequentur
Gaudia. Namq; & ego Rex Nini maximus olim.
Nunc cinis: hæc habeo quæ edi, petulansq; libido
Suauia quæ carpsit. iacet alti copia regni.
Hoc sapiens igitur præceptum mente tenebo
Semper ego memori, quisquis uolet, ille parato
Diuitias studio æterni gliscente laboris.

CHRYSIPPEA.

Cum genitum esse scias te mortalem, artibus auge
Corda bonis recreans, comedentem nulla sequentur
Gaudia. Namq; ego nunc de pastu ignauus opimo,
Deq; uoluptatum longo sum futilis usu.
Quæ didici, atq; animi curis uigilantibus auxi,
Hæc mea sunt, deq; his quæsitæ gloria laudis.
Extra hæc quicquid erat iucundum & dulce, relictum est.

DEMOSTHENES.) Anum ita demonstrasse Demosthenem, ait Plinius libro IX. Epistolarum, ὅτ' ὄξιν ὁ Δημοσθένης. Morem autem ferendæ aquæ & Homerus indicauit, Iliad ζ'.

λαίκῃν ὕλωρ, φορέῃς μελανιόλο, ἣ ἔνορέῃς
πόλλ' ἀεναζομένη.

DEMOCRITVS.) Hoc sic Laërtius, λοκεῖ δὲ καὶ ἀθήναζε ἐλθεῖν, καὶ μὴ ἀσταλᾶσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν. καὶ εἰπόντα μὲν σωκράτει, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. ἦλθον γάρ φησιν εἰς ἀθήνας, καὶ ὅτις μὲ ἔγνωκε. Videtur & Athenas uenisse, sed noluisse innotescere. Veni enim, inquit, Athenas, & nemo me agnouit. Heracliti dictum apud eundem ita refertur. λαθάπεται δὲ καὶ τοῦ ἐφεσίου τοῦ τοῦ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν ἐρμόδωρον, ὃν οἷς φησιν, ἄξιον ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπολωλέναι πᾶσιν, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν
πόλιν

πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνητὸν ἀξιόβαλον, λέγοντες, ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω. εἰ δὲ τις τοιοῦτος, ἄλλοτε καὶ μετ' ἄλλων. Taxat & Ephesios ob expulsum amicum suũ Hermodorum, cum ait, Dignos esse Ephesios qui cum pube uniuersa extinguantur, & ciuitatem impuberibus relinquant, quòd eiecerint Hermodorum omnibus ipsis præstantiorem, hoc locuti: Nemo præstantior sit nobis, sed si quis erit, alibi & cum alijs esto. Hunc Hermodorum scribit Plinius interpretem fuisse legum XII tabularum Romanis. Nam in Italiam concessisse, in epistola ad eum scripta Heracleti dicitur. ubi et hoc legitur, iam olim à Sybilla de ipso prædictum fuisse: & uersus memoratur,

ἐξ Ἰάδος χώρης ἥξει σοφὸν Ἰταλιῆσι.

Ex Iade Italicas ueniet sapientia in oras.

ὀνητὸν autem præstantiorem, meliorem, utiliorem dixit Ionicè. qua uoce ut aduerbio usus est Appollonius Argonauticorum II,

τῷ καὶ ἄλλα μεθῴντες ὀνήϊστον πονέεσθε

θαρσαλέως.—

SEMPER *in pluribus.*) Plutarchus in libro, quo differit, Ne suauiter quidem uiui posse secundum Epicurum, εἰ δὲ ἀκούεις αὐτῶν μαρτυρομένων καὶ βοώντων, ὡς ἐπ' ἀλγεινῇ ψυχῇ τῶν ὄντων τὸ ἡδύνεσθαι χαίρειν & γαλαθιάζειν, πλὴν ὧν σώματος ἡδοναῖς ἥδεσθαι ἢ προσδοκωμέναις. καὶ τοῦτο αὐτοῖς τἀγαθόν ἐστιν. Si audis testificantes & uociferantes ipsos, ita esse natura comparatum, ut nulla re omnium rerum animus gaudeat & acquiescat, nisi uoluptatibus corporis, siue præsentibus, seu speratis. Hoc que illis bonum est. Et mox.

ἄλλο δὲ δεῖν διανοεῖσθαί φασιν, δὲ ὅλως τὴν φύσιν ἔχειν ὅποι τεθήσεται τἀγαθόν, εἰ μὴ μόνον ὅθεν ἀξιελαύνεται τὸ διακόν αὐτῆς, ὡς φησι μητρόδωρος γοῦν τοῖς περὶ αὐτὸν σοφισάς, ὥστε τοῦτο αὐτῷ τἀγαθόν ἐστι, τὸ φυγεῖν τὸ διακόν. οὐδὲ γὰρ τεθήσεται τἀγαθόν, ἀκίνητον ὅταν μηθὲν ἔτι ὑπεξίῃ μήτε ἀλγεινόν, μήτε λυπηρόν. ὅμοια δὲ καὶ τὰ Ἐπικούρου λέγοντος, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἀφῃρῆσθαι τῆς φυγῆς τοῦ διακοῦ, καὶ τῆς μνήμης καὶ ἀπολογίσεως καὶ χάριτος, ὅτι τούτῳ συμβέβηκεν αὐτὴν γεγνεσθαι. τὸ γὰρ ποιοῦν αὐτοφυὲς ἡδὺ τοῦ γλίσχρου, τὸ περὶ αὐτὸ περιγιγνόμενον μέγα διακόν.

καὶ

καὶ αὐτὴ φύσις ἀγαθὸ, ἂν τις ὀρθῶς ὑπολάβῃ, ἔπειτα σαθῇ, καὶ μὴ λιχνῶς πρὸς πάτῃ πρὸς ἀγαθὸ θρυλλῶν. Neq; aliud intelligere se aiunt, neq; omnino esse in natura ubi ponatur bonum, nisi unde malũ illius expellitur, ut ait Metrodorus disputans contra Sophistas. Hoc est illis bonum, malum fugere. Vbi enim ponatur bonũ non est, si nihil effluat triste & molestum. His sunt similia & ea quæ ab Epicuro dicuntur, Naturam existere boni ex ipsa mali fuga: & ex memoria ac cogitatione, et gratulatione ita cecidisse, ut aliquis nasceretur talis. Est enim, inquit, hoc summum gaudium, quod consistit in euitato magno malo. Atq; hæc est boni ipsius natura, si quis recte attendat, atq; hic consistat, neq; inaniter obambulet garriens de bono.

DIODORVS.) Stoicus Diodotus, Veneti, de quo alibi. Itemq;, Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum: Veneti, Eretricum philosophum: quod omnino uerum iudico, ut alibi à nobis dictum est.

DEMOCRITVS luminibus.) De Finib. lib. v. Cur eadẽ hæc Democritus? qui (uerè falsò ne quæremus) dicitur oculis se priuasse, certe ut q̃ minime à cogitationibus abduceretur. Hoc falsum esse dicit Plutarch. in libello de Curiositate. ὅθεν ἐκεῖνο μὲν ψεῦδός ὅτι, τὸ λαμπόμενον ἐκστίως σβέσαι τὰς ὄψεις, ἀπορροὰς μόνον εἰς ἔνδον ἀφιεμένας, καὶ τῷ ἀπ' αὐτῶν αὐάκλασιν λεχθῆναι, ὅπως μὴ πρὸς ἔχωσι θόρυβον, τῷ διανοίαν ἔξω καλεῖσθαι πολλάκις, ἀλλ' ἐῶσιν ἔνδον οἰκουρεῖν καὶ διατρίβειν πρὸς τοῖς νοητοῖς, ὥσπερ παρόδιοι θυρίδες ἐμφραγεῖσαι. Quare illud quidem falsò traditur, sua sponte extinxisse oculorum lumen Democritum, defigentem illos in specula ignita, & admittentem refractionem splendoris: ne perturbarent illi intelligentiam sæpius euocãtes foràs, sed sinerent intus quasi domi seruare, & uersari cum ijs quæ intelligentiæ sunt propria, obstructis tanquam uiam spectantibus fenestris.

ALBA scilicet & atra.) Prouerbium de ignoratione. ut Catullus, Nec scire utrum sis albus an ater homo. τὸ λευκὸν καὶ μέλαν εἰδέναι, Græci dicunt.

QVOD esset ante pedes.) ἐμπροσθῶν, et ἐν ποσίν. Versus extat in secundo de Diuinatione: Quod est ante pedes spectat nemo, cœli scrutantur plagas. de obuijs & præsentibus dicitur. Adelphis: Non quod ante pedes modo est uidere, sed etiam illa quæ futura sunt.

EIVS picturam.) ἐμφατικῶς. Nam mirabilem & illustrem esse expressionem omnium significat, quæ ab Homero descripta sint, ut oculis cerni, non legi uideantur. Simonides autem, ut Plutarchus refert in libro ubi quærit utrum sapientia magis an uirtute bellica Athenienses excelluerint, appellauit τὸν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν, τὸν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν.

IMMANEM ferumq;.) Odyssea ι.

ἔνθά μ' αὖτε ἐνὶ σπῆϊ τελώνιος, ὃς ῥά τε μῆλα
οἶος ποιμαίνεσκεν ἀπόπροθεν, οὐδὲ μετ' ἄλλους
ποιμαίνων ἐπέβαινε, μάλ' ἀπόπροθεν ἐσσυμένους ἦλθε.
καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἐώκει
ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
ὑψηλῷ ὀρέων, ὅτε φαίνετο οἶος ἀπ' ἄλλων.

Lustra uiri hæc immanis erant, qui per loca solus
Dissita pascebat pecudes, commercia uitans
Omnium, agensq; ferum sine iure & legibus æuum.
Namq; erat hoc ingens monstrum, uescenteq; nulli
Pane homini par. sed prope te excelsi iuga montis
Ardua, cum solum aspiceres, astare putares.

Colloquium etiam huius cum ariete, ibidem exponitur multis uersibus. Quomodo autem colloquitur cum ariete, qui nihil respondet?

QVOD male audiebat.) Vt Euripides, λοιμῶς ἀπόλοιτο ὁ μέλος θανόντι μοι. & ἡμετέροις, ὃν εἰκῆ πόλις λοιμῶς ὀλοῦσα διὰ λυσφρονήτων λοιπόν. Memini Euricium Cordum, poëtam & Medicum egregium, amicum nostrũ singularem perfacete aliquando respondere cuidam nescio qua de re illum admonenti: Male enim audire eum apud multos dicebat. Cui Cordus: Cur ergo, inquit, illi male loquuntur?

THEODORVS.) Hic ἄθεος dictus fuit. & θεὸς, ut intelligi potest de ioco quodam Stilponis, cũ ille sic interrogasset, ἆρ' ὁ φὼς ἕν ἐστι, τοῦτο καὶ ἄ; φὼς ἓν ἔστι θεός; θεὸς ἄρα ἐστί. ad quæ cum admodum annuisset, dixisse Stilponem scribit Laërtius, illum ita esse futilem, ut non intelligeret etiã hoc pacto monedulam & aliud quodcunq; sese futurum esse. Missus à Ptolemæo ad Lysimachum, cum liberius quædam locutus fuisset, indignationem in se concitauit Regis uehementis & iracundi animi. Itaq; cum mor-

tem

tem ei interminatus fuisset, & respondit quod Cicero, uel quod Seneca retulit, de sanguinis hemina: & cum uetuisset eum ad se postea unquam reuerti Lysimachus, Ita (inquit) faciam, nisi iterum Ptolemæus me forte legauerit.

AVT bibat.) In Græcis est παρονομασία, quæ dictum reddit elegantius. ἢ πίθι, inquiunt, ἢ ἄπιθι. sic enim dixere πίε, uel πῖνε. ut Athenæus quoq; ostendit libro x. Est & epigrammatis Græci lusus de mensa amethystina, hinc ductus, ἢ πιθέτω νήφων, inquit, ἢ μαθέτω μεθύων. Nos aliquando illud ita uertimus,

Mensa grauis Bacchi posita est amethystina doni s,
Nec gaudet madido sobria mensa Deo.
Ergo si nostros non uult addiscere mores,
Tu nos Bacche iuuas, aut bibat, aut abeat.

HONORARIVS arbiter.) Cui honoris caussa quasi arbitrium quoddam esset permissum disceptationis, inter Peripateticos et Stoicos. ut honorarium ius fuit edictorum prætorum & ædilium, quibus magistratibus hic honor habebatur, ut quæ edixissent, ea legum autoritatem obtinerent.

CVIVSCVIVSMODI.) Veneti, Cuicuimodi. id quod puto uerum esse: & si illa scriptura est plenæ & integræ ab origine uocis, ut diximus alibi quoq;.

EXPLICATIONVM LIBRI V.

FINIS.

AD DANIELVM STIBARVM

IOACHIMVS CAMERARIVS PABERGENSIS PRAESTANTISSIMO uiro Danielo Stibaro Canon. Vuircepurgensi, S. D.

DE quibus scribis, ea mihi, ut debent, pro summa coniunctione nostra, & singulari affectione animi erga me tui, tantæ curæ erũt, ut maiori esse nequeãt. Reliqua, ὡὐτὸ scilicet σημανεῖ. Vino admodum delector, et incorruptum ad me, ut uidetur, peruenit: de quo nuper gratias ægi tibi, sed planè ueteratoriè: homo, ut nosti, simplex. Cum enim plurimum non modo huius, sed innumerabilium beneficiorum nomine, tibi me debere confiterer, Ciceronianam sententiam posui: ESSE ANIMI INGENVI, CVI MVLTVM DEBEAS, EIDEM PLVRIMVM VELLE DEBERE. Sed me tibi notum esse certe scio, & sic te accipere nostra ut dicuntur, id est in optimam partem omnia. Tibi tamen parcemus, sed ἀπὸ δρυὸς, ἢ ἀπὸ πίτυος si quid decerpi poterit, eo utemur. de quo tu uidebis. In poculo quidẽ fuisti planè μεγαλοπρεπὴς, de quo et ipso nuper gratias tibi ægimus.

Scal-

ſcalptura autẽ oſtenditur à me Πλουτιμωτάτως *amicis noſtris, in qua cum alia omnia admodum, tũ hoc,* PROBATAE FIDEI ERGO, *me mirifice delectat. Sed de his ſatis, ac plus fortaſſe quàm tu uelis. Quod de uerſu quæris annotato à nobis ex Euripide in ſecũdo de Finibus, quodq; te miratum fuiſſe ſcribis quid eſſet: ſcito me etiã cum inſpexiſſem, non ſatis mirari potuiſſe, quid illa annotatio ſibi uellet. Redij igitur ad ueſtigia quædam, quibus quid à me factum eſſet deprehenderem, & recollegi cartas in quibus quæ annotaturus eſſem deſignaueram: nam deſcriptionem ipſam* αὐτόγραφον *expreſſori miſeramus. atq; deprehendi tale quiddam nos informaſſe, quod illo loco perſcriberetur:*

Suauis eſt præteritorum malorum memoria.) cc
Alij laborum, idq; uerum. ſic enim uerſus Græcus memoratur, ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. cc
Sed prior lectio ad Græca alterius ſentẽtiæ reſpondet. Eſt enim uerſus in Oreſte, ὦ πότνια λήθη τῶν λυπρῶν, ὡς ἐσὶ σοφή. *Sic igitur fac habeas, et ad hũc modum corrigas, ſiue noſtræ feſtinationis, ſeu incuriæ aliorum peccatum. Vale: &*
nos, ut facis, ama. Id. April.

ERRATA INTER EXCVDENDVM
commißa ſic emendabis.

Pagina 11. uerſ. 15. legend. Quï 13. 6. Brauronis 19. 4. ſcio 25. 28. quoſuis 29. 28. nimium 32. 31. fortè legend. muſtum. & 38. 31 clauſa 41. 6. ciuis 49. 2. Et 51. 16. C. Amaſon. 53. 17. ſeu 55. 10. λῦσις & 23. diſſolutio 58. 14. ideoq; recte 60. 29. pronunciatis 64. 4. Tethrena

BASILEAE,
ex Officina Ioannis Oporini, Anno Salutis MDXLIII.
Mense Martio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0123-0

Interualla Planetarum à centro terræ
& Hypothesibus Alphragany.

Remotissima nubes à terra abesse dr uix ultra 9 milliaria.
A terra ad ☽ conuexum sunt milliaria 15625.
Inde ad conuexum ☿ 7813.
Ad conuexum ♀ totidem.
☉ 23436.
♂ 15625.
♃ 6822.
♄ totidem
Ad conuexum octauæ Sphæræ 23436.
Sic ig) à Terra ad Cælum sunt milliaria 109375.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0124-5

15

5,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0126-6

AB: 46 15/i,9

(x219232)

Sp.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-225557-p0128-7

COMMEN-
TARII EXPLICATIO-
num in reliquos quatuor M. T. Cice-
ronis Tuſculanarum Quæſtio-
num libros,
Ad præſtantiſsimum uirum DANIELVM
STIBARVM Canonicum Vuir-
cepurgenſem,
IOACHIMO CAMERARIO PA-
bergenſe autore.

Adiectus eſt quoq; rerum & uerborum in hiſce memorabilium locupletiſsimus Index.

Cum gratia & priuilegio Cæſareo
ad quinquennium.

BASILEAE,
apud Ioannem Oporinum.